Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

P. Cornelii Scipionis

ÆMILIANI AFRICANI MINORIS, AC NVMANTINI VITA,

Vel eius dispersæ potius reliquiæ ex multis probatissimorum Auctorum scriptis collectæ,

ET IN ORDINEM, ET MODICVM quoddam corpus redactæ,

Per Antonium Bendinellium Lucensem.

ADDITA PRAETEREA SVNT QVAEDAM, quæ sequens pagella indicabit.

Accessit quoque rerum memorabilium Index.

Lucæ apud Vincentium Busdracum.
1568.

1
6
143
992

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Loci controuerſi.

Comparatio Minoris Africani, & Maioris.

Diſputatio quædam breuis, qua Libri Rhetoricorum ad C. Herennium Ciceronis non eſſe oſtenduntur.

Caroli Sigonii errata permulta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Antonius Bendinellius

NOBILISS. FRATRIBVS

GERMANIS

CHRISTOPHORO, ET LAELIO

VIDICIONIBVS.

S. P. D.

VIGINTI iam, & amplius sunt Anni, cum Mutinæ cæpi meis auditoribus explicare diuinum illum Ciceronis de Amicitia librum. in quo cum multa loca, in quibus Africani Minoris fit mentio, propter obscuram antiquitatis cognitionem difficilia, mihi essent explicanda: tantum abest: vt interpretes, quòd memoriam rerum Romanarum non tenerent: & alij, quorum testimonijs ea erant illustranda, quòd inter se dissentirent, interdum mihi satisfacerent: vt ipse etiam Cicero non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

diuersa solum ab alijs commemorare, sed interdum non sibi etiam constare videretur: & ego ob eam causam ita hærerem: vt quem potissimum sequerer, ignorarem. Qua quidem interpretum antiquitatis imperitia, & aliorum scriptorum inter se varietate, ac dissensione commotus, atque etiam admiratione quadam maximarum ipsius Africani, clarissimarumq; virtutum mihi legendis antiquorum scriptis cognitarum omninò statui: quicquid apud probatissimos tum Latinos, tum Græcos scriptores inueniretur in codicem ad id comparatum, quanta maxima possem, diligentia transcribere: vt aliquando, & mihi, & alijs, omnem, si possem dubitationem tollerem: atq; ita rem illustrarem: vt facilè alter Africanus (nam idem vtriusque cognomen multos in historia parum versatos, vel non satis attentos sæpè fefellit) ab altero distingueretur, atque dignosceretur. Et iam permulta collegeram, ac sperare cæperam, me suo tempore aliquid non prorsus inutile, & ingratum parere posse: cum ad me est allatum Carolum Sigonium, qui & si antea mecum discendi causa assiduè consueuerat esse, multaq; à me beneficia acceperat, ac mei consilij particeps fuerat: tum tamen, quòd me propter eas causas, quas ipse probè nouit, & ego suo loco exponam, à se abalienatum videret, infestus mihi maximè, atque inimicus erat:

Commen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Commentarium de vita, & rebus gestis (ita enim inscribebat) eiusdem Africani penè confecisse. Hìc ego, quippe qui non ignorarem hominis naturam, & aliorum scripta compilandi, & ea, paucis immutatis, additis, vel detractis, vel alio ordine pro suis edendi consuetudinem, animumq; beneficiorum parum memorem; statim, vt anteuerterem, & hominem adolescentem eo conatu repellerem, & ne quærendi laborem frustra suscepisse viderer; quicquid ad eam diem collegeram, & in librum permixtè, & confusè transtuleram: notatis, conseruatisq; temporibus, in ordinem redigere, eo animo sum aggressus: vt id quam primum ederem. Sed vix extremam operi manum imposueram, cum & consilium mutaui; & famæ potius esse inseruiendum, quàm ambitioni iudicaui. Nam præterquam quòd abortum illud potius esse iudicabam, quam ingenij partum: intelligebam etiam, id me propter angustiam temporis (spatio enim viginti quatuor dierum absolui) nec satis elimare, nec perpolire potuisse; Quare & si his adductus causis, tam præcipitata editione supersedere malui, quàm inuidis, & maleuolis obtrectandi causam dare: & quid Sigonius de suo nobis daret, expectare: tamen eiusmodi vitam, vel collectas Africani reliquias diutius apud me esse non sum passus, eas enim Nicolao patri ve-

stro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ſtro amplißimo viro, atque clarißimo, deq; me opti
mè merito, qui tum Florentiæ legati munere apud
Coſmum Florentinorum Ducem Illuſtriſſimum, &
ad verè imperandum natum, mea manu ſcriptas ar
gumentum animi grati, & ſummæ obſeruantiæ in
illum meæ vt ut erāt miſi. Quas tamen illæ reliquias
intra paucos dies de ſententia Petri Victorij viri
admirabili ingenij prudentia, ac celeritate, et ſolida,
cumulataq; omnium ingenuarum artium cognitio-
ne, omni doctrinarum genere, ac virtute ornatiſſi-
mi, hominisq; integerrimi: & aliquot etiam aliorum
doctiſſimorum virorum (vt ad me poſtea ſcripſit) qui
bus legendas dederat, typis imprimendas ibi cura-
uit. Quod quidem & ſi, me penè inuito, factum
fuit; tamen ſic accepi: vt, ſi Sigonius ſuum vel edi-
diſſet cōmentarium uel non, auctiores aliquando, lon
geq; limatiores, & emendatiores iterum exirent in
lucem. Quod iam tandem anno vigeſimo poſt, ita mi
hi videor conſecutus: vt nihil ſit (vt opinor) am-
plius in ijs deſiderandum. Neque hoc mihi vitio da
ri poſſe putaui: vt, ſi, quod rude, & imperfectum
pater veſter edidiſſet: ego, ad quem omnis eius rei
criminatio, ſi qua erat futura, pertinebat, id tanto
interuallo poſt, perpolitum, et emendatum, emitterē.
Quis.n. tam paratus, tam probè ſubductis rationibus
omnibus ad opus aliquod ſcribendum acceßit vnquā

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

qui si idem aliquot annis, post argumentum tractandum suscipiat: non multò id & absolutius præstare possit, & limatius, & copiosius? Quis neget verissimum esse, & quouis oraculo certius, quod à Solone iam senescente vsurpatum accepimus? πολλὰ διδασκόμενοι γηράσκομεν. Neque mehercule iniuria. Nulla enim est ætas aut tam exacta, aut tam multiplici rerum, & artium maximarum prædita, cui non multò quoque plura perdiscenda supersint, idq; cum in omni vitæ ratione perpetuum sit, nescio tamen quo pacto in optimarum disciplinarum studijs potissimũ appareat. quippè quarum tam latus est campus, tã vastus Oceanus: vt cum plurimum spatij in ijs confeceris: multò tamen plus sanè relinquatur. Quarè cum ea semper præclarissimis ingenijs non fuerit negata venia (sexcenta possem exempla proferre) vt quoties visum esset, scripta sua sub incudem reuocarent: ego quidem eam mihi quasi meo quodam iure vendicare potui. Nam, vt omittam temporis breuitatem, qua id mihi edere necesse fuit, quod de Horatij sententia, nonum in annum eram pressurus; cum bona pars rerum ab Africano gestarum à Græcis esset petenda, et in primis ab Appiano Alessandrino, qui non dum Græcus Impressus fuerat: coactus sum Latinam sequi Petri Candidi versionem (nec alia tum extabat) barbaram, ac tot flagitijs refertã:

vtsi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

vt si eam cum Græco Appiani codice conferatis: latinum Appianum negetis, Appianum esse: tot sunt omissa: tot malè, ac sæpè in contrarium versa: tot obscuritate sententiarum inuoluta: vt mihi sæpè diuinandum fuerit, sæpè nihil profuerit coniectura. Libellum verò eiusdem Appiani de rebus à Romanis in Hispania gestis cũ Carthaginiensibus, multò post inuentus est, & excussus, quàm nos scripsimus: qui non solum in Latinam, sed in Hetruscam etiam linguam conuersus fuit. Sed ita tamen: vt eum quoque esse Appiani negari possit illa versione. Nam, præter cætera, hæc habet, vnde coniectura de reliquis ad id quod dixi confirmandum fieri possit. Hic, inquit, Imperator Romanorum (Scipionem intelligit) his duabus captis vrbibus expugnatu difficilibus Carthaginem propter vrbis, atque Imperij magnitudinem, propterq; terræ, marisq; commoditatem Romanorum decreto conseruauit: Numantiam euertit, paruam vrbem, & paucorum capacem cum de ea nihil dum constituissent Romani. Si hæc versio vera narrat, statuere necesse est, aut hunc librum non esse Appiani, aut eum, qui Libycus inscribitur, in quo Appianus diligentissimè persequitur euersionem Carthaginis, lippis, & tonsoribus notam. Sed nec hîc aliud, quam illic narratur. Nam in hoc Græcorum Appiani verborum hæc

est

est sententia. Scipio Romanorum Imperator decreto Senatus euertit Carthaginem: Numantiam verò solo æquauit, non expectato Senatus consulto. Sed hoc vitium malè vertendi, & omnia vertendo peruertendi latè patet, & est in multis hoc quidem tempore. Quorum partim falsa de se ipsis opinione decepti, partim vel auaritia, vel ambitione, vel vtraque simul impulsi longè maiora aggrediuntur, quàm vires ipsorum ferre possunt: longè plura, & maiora in suis illis titulis, & præfationibus pollicentur: quàm præstare queunt. qui tamen omnes profitentur, se eiusmodi laborẽ conuertendi suscepisse: ut studiosis, & posteritati, prosint. Qui, etiam si negari non possit, quin aliquam imperitis afferant vtilitatem: tamen ea non est tanta: vt non longè maius sit damnum, quo præclara studia literarum afficiũt. Nam præter quàm quòd multa male conuertendo corrumpunt, obscurant, peruertunt, pulcherrimasq; sæpè sententias turpissimis inscitiæ maculis inquinant: efficiunt etiam, ut pauci admodum (omnes enim libenter laborem fugimus) ad studium Græcarum literarum se conferant, illis vtentes versionibus: & ut permulti, qui vix primis, vt dicitur, labris gustarunt elementa Græcorum, audeant, vel ipsum Homerum, ac Demosthenem intra domesticos parietes interpretari miseris pueris. sed vela contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ham, ut eò redeat, vnde discesſit Oratio: aliâs fortaſſe de hoc toto genere hominum, & de correctoribus, & emendatoribus librorum plura diſputabimus. Vitam igitur hanc Scipionis, vel reliquias, iam ni fallor, emendatas, perpolitas, & ita auctas: vt iuſtam corporis cuiuſdam magnitudinem ſint aſſecutæ in veſtro nomine apparere, cur nolim nulla cauſa eſt. Nam iniuſtè mihi facere videbar: ſi quod iampridem patri veſtro dicaram, ut apud ſe haberet: id nunc alteri, quaſi vellem ex eadem, ut aiunt, fidelia duos parietes dealbare, offerrem, voſq; legitimos hæredes eo ſpoliarem, quod iure donationis inter uiuos veſtrum eſſet. Huc accedebat amor ſingularis in vos meus, & obſeruantia, qua me ex quo in meam diſciplinam traditi fuiſtis, ſicut alterum parentem coluiſtis. Neque verò noſtrum hoc munuſculum ingratum vobis futurum mihi perſuaſi: non ſolum quòd meas nugas (quæ veſtra eſt humanitas, amorq; in me ſummus) aliquid putare ſemper conſueuiſtis: ſed eo etiam nomine, quòd ambo parentem imitantes hiſtoriæ lectione, tam vehementer delectamini ut nulla tanta ſit antiquitas, nulla tam recondita, nulla tã recens rerum geſtarum memoria, quæ vos fugiat: quod etiam effecit: ne vobis hiſtoriam commendarem, quantamq; utilitatem, ac delectationem in ſe habeat, oſtenderem. Quî enim fieri poteſt: ut tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tum ſtudij, & operæ in legendis rerum geſtarum monumentis poneretis: ſi non ex ijs ſummam, & voluptatem, & utilitatem perciperetis? & experti ſciretis, hiſtoriam teſtem eſſe temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magiſtram vitæ, nunciam vetuſtatis? habereq; præterea temporum uarietates, fortunæ uiciſſitudines? quibus nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, animosq; retinendos. Quare vobis offero hoc, quicquid eſt à me concinnatum, & auctum maximè. exiguum quidem certè munus. at ab animo grato profectum: at in vos, familiamq; veſtram vniuerſam maxime propenſo, atque ad omnia parato, quæ ad utilitatem, honorem, & amplitudinem veſtram pertineant. Valete Cal. Octob. 1568.

Scriptores à quibus hæc ſumpta ſunt, & Scipionis fit mentio.

M. Tullius Cicero. Saluſtius.
Horatius. Liuius.
Velleius Paterculus.
L. Florus, qui Liuianas cõfecit Epit.
Valerius Maximus.
Florus.
Eutropius.
Euſebius.
Iuſtinus
A. Gellius.
Plutarchus.
Plinius ſecundus.
Cornelius Tacitus.
Macrobius.
Appianus Alexandrinus.
Athenæus.
Strabo.
Caſſiodorus.
Paulus Oroſius.
Auguſtinus de ciuitate Dei.
C. Solinus. Iulius Obſequens.
L. Anneius Seneca. Iulius Firmicus.
Amianus Marcellinus.
Seruius Grammaticus.
Pandectæ iuris.
Lodouicus Cælius Rhodiginus.
Blondus Flauius Foroliuienſis.
Antonius Sabellicus.
Raphael Volateranus.
Alexander ab Alexandro.
Frontinus. Otto Phryſing.
Meſſala Coruinus. Sex. Rufus.
Lactantius Firmianus.
Nicolaus Grucchius.
Franciſcus Petrarcha.
Aelianus. Lapides Capitolini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

AEMILIA gens. 9
Aemilia gens cur Aemilia 9
Aemilia gens quot Consulatus, Tribunatus militū cōsulari potestate, dictaturas, censuras, & triumphos gesserit. 9
Aemilius pater quanta cura P. Scipionem, & Q. Fratres instituerit. educaueritque 9
Afri fugantur 45
Africa data prouincia Scipioni extra sortem 34
Africani nomen quando primum nactus Scipio 56
Africanus minor primū Consul 34.
Africanus minor secundum Cons. 64
Agger in stagno, pelagoque a Scipione construitur 40
Agraria lex Ti. Gracchi 78
Agrigentinis restituitur Taurum Phalaridis 52
Alexandrini Scipionem videre cupiebant ac plausu prosecuti sunt 62
Amicitiam sanctissimè coluit Scipio. 17. & 60
Amicitia maxima inter Scipionem, & Lælium 17
Amphiloous vates 14
Animos īmortales iudicauit Scip. 82
Anepsion 86
Antiochus munera mittit Scipio. 70
Apollinis fanum diripitur, ac aurea eius statua 47
Appollinis signum opus Mironis. 52
Appiani opinio de Scipio. morte. 80
Ap. Claudio qūo respondit Scipio. 57
Ap. Clau. Scip. cōpetitor in cēsura. 57
Arma naues; inutiles cōcrematæ 52
Asdrubal a Massanisa fugatur 21
Asdrubal ante currum triumphalem Romæ ductus. 56
Asdrubalis copiæ deletæ a Scipi. 44
Asdrubal Romanos captiuos crudelissimè interfecit 38
Asdrub. supplex ad Scipio accedit 50
ad pedes Scipio. sedere iubetur. 50
Attalus Philopater Rex 79
Auct. libel. de viris illust. fallitur. 85
Aulis 14
Aulus Gellius fallitur 91
Asdrub. vxor in ignē se coniicit. 50

B

Balneis vti prohibuit militib. scip. 65
Baratrum magnum 33
Biantis sententia improbatur 18
Blondi Flauii error 89 & 97
Byrsa arx Carthaginis 38
Byrsa expugnatur 47
Byrsam aggreditur Scipio 45
Bythias equitum Carthaginiensium Præfectus 40

C

C. Cæcilius Metellus Caprarius 70
C. Fuluius Flac. Scipionis collega. 64
C. Lælio deferuntur primæ partes in eloquentia 17
C. Lælius, & Scipio concas & vmbillicos ad Gaietam, & Lucrinum lacum legere solebant 17
C. Lælius Scipioni amicissimus 17
Calpurnius Piso succedit Manilio. 33
Capel. quædā Thermitanis restitu. 52
Carbonis lex dissuadente Scipione repudiatur 78
Carneades Academicus 19
Carneadē orantē Romæ audī. Scip. 19
Carthaginem euertit Scipio priore consulatu. 10
Carthaginienses fame laborant 45
Carthag. cineres in capitoliū illati. 56
Carthaginis descriptio 23
Carthago capitur 43
Carthago obsidetur 24
Castra sua propè Carthaginem quo modo muniuerit Scipio 39
Catonis præconium de Scipione. 30
Censor factus Scipio 57
Chilonis sentētia īprobatur à Scip. 18

Cicero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Cicero dormitauit in Lucullo 60
Carthaginienſes nouum portum occultè efficiunt 41
Carthaginienſes è Byrſa ad Scipionẽ confugerunt. 49
Ciceronis opinio de Scipionis morte 79
Claudius Aſellus diẽ dixit Scipioni 57. Atq; Scipionis in eundẽ oratio 58. Reprehenditur vanitas ſermonis ibidem
Cohortes ab Aſdrubale obſeſſæ, & à Scipione liberatæ 28
Concio Scipionis ad milites 36
Conſulatus cui ætati defertur 34
Corinthus 14
Cornelii Nepotis uel Plinii error 85
Cotho portus capitur 45
Craſſus qua ætate Carbonem accuſauit 87
Critolaus peripateticus 19

D

Dianæ ſimulacrũ quomodo factũ. 52
Dianæ ſimulacrũ Segeſtanis reddit. 52
Dianæ templum. 14
Diogenes Aſdrubalis adiutor 44
Diogenes ſtoicus.
Diogeni a Scip. ſtruuntur inſidiæ 44
Diogenis copiæ fugatæ, & captæ 45
Diſciplina Scipio. in caſtris qualis 65

E

Eiron appellatus Scipio 83
Eloquentia Scipionis 15
Enguinis loricæ, galeæq; reſtituntur. 52
Epidaurum 14
Eruptio Carthaginienſium noctur. 43
Euripus vbi. 13

F

Florus de Scip. morte quid sẽtiat 80
Florus fallitur ab aliis diſſentit 87
Fugitiuos, & transfugas beſtiis obiciendos iuſsit Scipio 52
Fuluius Flac. inuectus ĩ Africanũ. 80
Funus Scipionis 80.

G

Gens Aemilia 9
Gracchi legem Africanus quomodo improbauit 78
Gracchi necẽ nõ ægretulit Scipio. 78
Graminea corona nulla nobilior. 29
Guluſſa Diogenem oppugnat magnaque ſtrage afficit 45
Guluſſa filius Maſſaniſæ cum Scipione belli ſocius proficiſcitur 51

H

Hidras grandes reſtituit Enguinis Scipio 52
Himera Thermitanis reſtituta 52
Hippo 35
Homerici duo verſus in excidio Carthaginis a scipione recitantur. 51
Alter in morte Gracchi 72

I

Iacobus Strebœus labitur 89
Imperatoris Indulgentia milites corrumpuntur 36
Intercatienſem vaſtum hominẽ Scipio prouocatus interfecit 20
Ioannes Viues fallitur 89
Iſthmus propè Carthaginem a Scipione foſſa circundatus 39
Iugurta ex Africa ad Scipionem venit. 68
Iuuenes Carthaginienſes ad Scipionem ſupplices veniunt 49
Iulii Firmici locus conſideratus 97

L

Lælius cum ſpoliis Romã mittitur 51
Lælius & Scipio conchas, & vmbillicos ad Gaietam, & Lucrinum lacum legunt 17. 61
Lælius Cothonis partẽ eõſcẽdit. 45
Lælius hoſtes perterrefacit 45
Lælius Nepherim proficiſcitur. 44
Legatus abit Scipio in Aegiptum, Syriam, Aſiam, Alexandriam &c. 62
Legati Romani in Senatu Scipionis virtutem prædicant. 30
Lenones & meretrices a Scipione è caſtris eiectæ 65
Lex L. Vilii 34
Leonardus Aretinus 86
Libertas Scipionis in reſpõdendo. 28
Lingua, quæ alio nomine Tænia. 40
Literæ Scipionis ad Miciſpam. 77
Liuii locus expenſus 86

L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

L. Mũmii mollitiẽ bis taxauit scip. 57
L. Aemilio patri extra ordinem Macedoniam decreuerunt. 11
L. Aemilius Paulus Macedonicus 10
L. Cassius Longinus legem tabellariam tulit 61
L. Cotta accusatur. Idem absol. 77
L. Mummius Scipionis competitor i censura & collega. 57
Ludos patris Scipio fecit. 52
Lustrum dum conderet quæ nam præcatus Scipio a Diis immortalibus 61

M

Magnum Baratrum 33
Manastabal Massanisæ filius 31
Mancinus Carthaginẽ aggreditur 35
A Scipione opem postulat 35. vulneratur sub Carthaginis muris 36
saucius Romam dimittitur 36
Manilius ab oppugnanda Carthagine desistit ad Nepherim aduersus Asdrubalem contendit.
M. Alienus a Scipione seruatus 20
M. Antius Briso 62
M. Drusus Scipionis collega i cõs. 34
M. Porcius Cato Licinianus vxorem duxit tertiã Aemiliam Pauli filiã. 10
Massanisa Pop. Ro. & Corneli. gentis amicus. 20
Massa. Regis testamentũ, ac obitus. 31
Huius filii. 31
Megara locus propẽ Carthaginis murum a scipione occupatur 38
Metrodori opera scipio domi tantũ est vsus 15
Mos euocandorũ Deorũ tutelariũ 46
Micipsa filius Massanisæ 31
Militum continentia, & obedientia quid possit in exercitu 65
Mummius Corinthum excidit 14
Munera militibus a scipione data 77
Murali corona a Lucul. dona. scip. 20

N

Nepheris obsidetur, & expugnatur 45
Nepherim contra Diogenem proficiscitur scipio 44
Numantia capitur 76
Numantini C. Mancinum ad turpiter pacisscendum coëgerunt 63
Numantini cũ Romanis confligũt. 69
Numantini faciebant sæpè impetum in stationes Romanas 72
Numantino bello præficitur scip. 64
Numantinorum interitus per sese 76
Numantinum bellum 63

O

Obsidionali corona Scip. donatus 39
Olla, & fictile poculum solum in scipionis castris 65
Oratio scipio. ad populũ & morib. 59
Ord. deserere nõ patiebatur scip. 25
Oropus 14

P

Panætius scipioni itineris comes. 62
Panætius scipionis præceptor 15
Papyria Pauli Macedonici vxor; eadẽ repudiata 10
Papyrii Carbonis lex 78
Paulus Macedonicus ex secunda vxore quos susceperit filios 10
Phamææ cum scipione colloquiũ 32
Phamæas ad Romanos transit 32
Phamæas cũ scipione Romã mitt. 33
Phamæas Himilconis filius 25
cum scipione pacisscitur 32
Perseus Macedoniæ Rex fugatur 11
Pietas scipionis in matrem, fratrem, ac sorores. 16
Plinii locus consideratur 95
Plutarchus diuersa scribit a Liuio 86
Plutarchi loci ex vitis illustrium virorum expensi 85
Polybii consilium 47
Polybius scipionis præceptor 15
Populi Romani studium erga scip. 30
Populus commitiorum princeps 34
Portus in Aulide 14
Ptolemeus Alexãdriæ Rex obesus 62
P. Aemilius cur Cornelius, cur Minor, cur item Africanus dictus 10
P. Aemilius Paulus in quam familiã adoptatus 10
Q. Amilius Paulus in quam familiam adoptatus 10
Q. Aelius Petus Tubero duxit in vxorem Aemiliam Pauli filiam 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Q. Cæcilius Metellus 80
Q. Cæcilii Metel. præconiũ ꝺ Scip. 80
& eiuſdem verba ad filios 80
Q. Maximi funebris oratio. 81. Epulũ Scipionis nomine dedit Pop. Ro. 81
Q. Pompeius turpiter cum Numantinis paciſci coactus 63
Q. Tubero reprehẽſus, & qua de cauſa de prætura deiectus 81

R

Raphael Volateranus fallitur 95
Rhetoricorum libri ad C. Herenniũ non eſſe Ciceronis 105
Romani ab Aſdrubale fugati 27
Romanos fugientes repreſsit Scip. 43

S

Scipio Byrſam aggreditur 47
Scipio ad Maſſaniſam mittitur 70
Scipio Aemilianus Minor 10
Scipio Aemilianus quo tpe natus 10
Eiuſdẽ puerilis inſtitutio qualis. 10
Scipio a Maſſaniſa arbiter cõſtitutus diuidendi regni 35
Scipio a quo fuit adoptatus 10
Scipio Carthaginem euertit 49 & 54
Scipio Deos tutellares euocat 46
Scipio deuouit Carthaginem 46
Scipio euerſa Carthagine nihilo ditior effectus eſt 56
Scipio in Africam traiecit atque ibidem a Maſſaniſa exceptus 20
Scipio L. Licinii Luculli Legatus in Hiſpaniam profici ſcitur 19
Scipio Mancino laborãti opẽ tulit. 35
Scipionis laus maxima 17
Scipionis pater Amphipoli ludos edidit. 14
Scipionis mors, eiuſque cauſa variè a ſcriptoribus tradita 89
Scipionis ſalutaris ſententia per inuidiam improbatur a Tribunis 27
Scipio Panætium, & Polibium non domi ſolum ſed etiam foris ſecum ferè habuit 15
Scipio præter ætatem conſul. 34
Scipio poẽta non contemnendus loquitur cum patria 15
Scipio primum, & ſecundum conſul vide Africanus.
Scip profect. ī Græciã quæ nã perluſtrauerit loca, ac quid nam viderit. 15
Scipio qua ætate in Africã miſſus. 34
Scipio quantum in ærarium a Carthagine inuexerit. 56
Scipio quas tulit leges ad milites in officio retinendum 37
Scipio quibus ſtudiis delectatus, & quos habuit præceptores 15
Scipio quo tempore, & qua ætate diẽ obiit. 81
Scipio quo tempore militare cæperit & quale ſpecimen tirocinii præbuerit in bello contra Perſeum 11
Scipio quotidie radi inſtituit 58
Scipio ſtoicæ diſciplinæ ſtudioſus, ac eiuſdem eloquentia 15
scipio turbam inutilium hominũ a caſtris eiecit, ac Cartha. aggreditur 65
scipio xenophontis libros deponere de manibus non ſolebat 16
scomma Scipionis in Metellum Caprarium 70. In Neuium quendam, & Nuculam. 82
scorta Ariolos, & inutilem turbam è caſtris eiecit Scipio 65
seditio de agro diuidundo inter Triũuiros 70
segeſtanis reſtituitur Dianæ ſimulacrum 52
sempronia Scipionis vxor 80
seruius sulpitius Galba conſul 56
siculis multa reſtituũtur prius a Carthaginienſibus ablata 51
signis collatis non eſſe dimicandum facilè 70
Sigonii multa errata 117
sol geminus apparuit & quo anno 81
somnium Scipionis ex Cicerone de Repub. 22
sterſichori ſtatua Thermita. reſtit. 52
strabo 92
stratagema Scipionis aduerſus Carthaginienſes 26
sulpitii Galli molities a Scipione taxata 82

T

Tabellariam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Tabellariam quandam legem tulit. L. Cassius Longinus 61
Tænia quæ & lingua appellatur 40
Taurus Phalaridis Agrigentinis restituitur 52
Terentius an a Lælio iuuaretur in scribendis fabulis 97
Terentius Ciceroni non fuit familiaris 98
Terentius quando natus 98
Tertia Aemlia Pauli Maccedonici filia cui nupserit 10
Thermitanis restituuntur signa ex ære. 52
Tindaritani signum Mercurii recipiunt 52
Tiresii responsum 75
Tribuni gestabāt annulos aureos 29
Triumphus Scipionis de Carthaginiensibus. 56
Triūphus Scipionis de Numātinis 77
Trophonii Iouis specus vbi. 13

V

Valerii Maximi incuria. 88.90.
Valerius a vero aberrauit 61
Valerius corrigendus 92
Valerius errat 89
Valerius a Plutarcho & Liuio dissentit. 86
Valerius a Cicerone dissentit 92
Valerius non est audiendus 61
Vellei paterculi sententia de Scipionis morte 80
Veritatis semper summa habenda ratio. 84
Viriathus 56

X

Xenophontis libros de manibus Scipio non deponere solebat. 16

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

P. Cornelii Scipionis
ÆMILIANI AFRICANI
MINORIS VITA,

Vel eius dispersæ potius reliquiæ ex multis probatissimorum Auctorum scriptis collectæ,

Et in ordinem, ac modicum quoddam corpus redactæ

PER

ANTONIVM BENDINELLIVM

Lucensem.

GENS Aemilia patricia fuit, & antiquissima, multisque viris honoribus, ac fama illustribus etiam floruit. Aemilios enim dictos à quodam Aemilio Ascanii Troiani filio Festus affirmat. Plutarchus autem à Mamerco Numæ regis filio, quem Numa, & Mamercum propter Mamercum Pythagoræ filium, & Aemilium appellauit: vt alluderet ad Pythagoræ in dicendo suauitatem, atque gratiam, quæ Græcè ἀιμυλία dicitur. Consulatus vndeuiginti, Tribunatus militum consulari potestate decem, dictaturas quinque, duas censuras, & triumphos nouem con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

secuta fuit ad L. Aemilium Paulum, qui Consul cum C. Terentio Varrone fortiter apud Cannas in acie periit. Hic autem duos habuit filios, Aemiliam, quam P. Cornelio Scipioni, qui primus Africanus dictus est, collocauit: & L. Aemilium Paulum, qui Aedilis, Prætor, Augur, bis Consul, & censor fuit, bisque triumphauit, semel proconsul de Liguribus Ingauneis: iterum etiam proconsul ex Macedonia, & Rege Perseo: vnde Macedonicus est appellatus. Qui ex Papyria vxore C. Papyrii Massonis viri patricii minorum gentium, consularis filia duos suscepit filios Q. & P. Aemilios Paulos, quos in Fabiam, Corneliamq; nobilissimas familias adoptandos dedit. Q. enim Fabius Q. F. Maximus Q. sibi adoptauit: P. verò Cornelius Scipio Africani filius valetudinarius P. qui postea P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor ab euersa priore consulatu Carthagine dictus est. Paulus, deinde facto cum Papyria diuortio, duos item ex altera vxore filios suscepit, totidemque filias: filios nominis sacrorum, familiæque hæredes retinuit domi: ex filiabus autem Tertia Aemilia nupsit M. Porcio Catoni Liciniano: Altera Aemilia Q. Aelio Peto Tuberoni viro consulari. Sed Scipio Aemilianus de quo hæc scribenda suscepimus, natus est Ap. Claudio Pulchro, M. Sempronio Tuditano coss. Qui iam inde à pueritia cum eximiæ indolis ac virtutis specimen præ se ferret: ab ipso patre Romanis disciplinis, quibus non mediocriter erat instructus, erudiri cæpit. qui postquam ea filium, quæ illi tradere ipse potuit, à se arripuisse cognouit: græcis vt etiam artibus institueretur studiosè curauit. Non .n. grammaticos solum excellentissimos, sophistas, rhetores, sed fictores etiam, atque pictores ex longinquis regionibus accersendos curauit: & omnes magna mercede conductos cũ magistris equorum, canum venationumque domi semper habuit: apud quos tamen Scipio cum Q. Fratre in iis exercebatur, ad quæ natura magis factus, propensusque videbatur: ipse verò Aemilius filiorum exercitationibus, semper nisi cum aliquo Reipublicæ negotio distinebatur, interesse voluit.

Cic. i Bruto Gherar. t. 3. Topic. p. 66. Low 58.

voluit: tantam adhibebat diligentiam, vt & bonis artibus, & optimis moribus instituerentur. In quibus quidem exercitationibus, ac studiis cum maiorem Scipio suæ pueritiæ partem consumpsisset, tantum profecit: vt & omnes, quibus erat notus in sui admirationem traheret, & summam futuræ tum domi, tum militiæ probitatis, ac virtutis expectationem concitaret. Et iam natus decem, & septem annos (hæc enim apud Romanos erat ætas militaris) sub ductu, auspicioque patris prima stipendia meruit. Tertius.n. tum agebatur annus, ex quo Romani Perseo Macedonum Regi potentissimo bellum intulerant. Cum enim comperissent, illum florentem opibus regni, & fultum aliquot Regum, & populorum Asiæ, & Europæ societatibus, & amicitiis summa vi parare bellum: P. Licinium Crassum consulem cum exercitu validissimo in Macedoniam miserunt: post hunc A. Hostilium Mancinum, cui Q. Marcius Philippus successit. Sed horum imperitia, & ignauia cum aliquid incommodi potius esset acceptum, quam illatum: traheretur-que diutius ipsorum spe tam incommodum, & difficile bellum: L. Aemilium patrem iterum consulem ad id finiendum creauerunt: & illi Macedoniam extra ordinem decreuerunt. Quò præter cæteros, secum duxit filios Q. Fabium & P. Scipionem. qui quo die Persei exercitus xxxix. millium peditum, & quatuor equitum fusus fugatusque fuit, adeò effusè, auideque hostes insectatus est: vt, cum longè plura passuum millia progressus fuisset (ad quindecim millia passuum fuerunt) quam quisquam aliorum in castra se cum cæteris minimè recipere potuerit. Vnde factū est, vt consul vnus, cum se in castra victor recepisset: & filium, quem vnicè diligebat, quòd ingenio, & progressione ad virtutem fratres longè superare cernebat, nusquam apparere intellexisset: eumque, quod esset, gloriæ cupidus, & laudis auidus, mortuum suspicaretur: omnibus lætitia tantæ victoriæ militibus (cæsa ad xx. millia hostiū, & ad xii. capta dicuntur) exultantibus, gaudioque triumphantibus in maximo luctu, lamentisque vertabatur. cuius quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

rei fama per omnia castra perlata, maximus à cæna militum prosilientium fit concursus, partim in prætorium ad ipsum ducem consolandum, partim ad eum facibus incensis perquirendum inter cadauera hostium. Diu perquisitus, nec inuentus tandem ad multam noctem, cum iam de illo desperassent omnes, cum tribus, aut quatuor familiaribus ouans gaudio, & hostium sanguine perfusus tanquam generosus Catulus ab hostium persecutione in castra, atq; inde in prætorium ad patrem venit. Qui tum demum, recepto sospite filio, tantæ victoriæ gaudio, quo ne ad eam horam syncero frueretur, cura de illo stimulauerat: sentire cæpit. Perseus interim fugæ princeps cum sacris equitũ alis Pellam fugit: inde Amphipolim tertio die, quàm pugnatum est, peruenit: atque non multo post Samotracham traiecit. Consul, nunciis victoriæ Q. Fabio filio, & L. Lentulo, & Q. Metello cum literis Romam missis, propius mare ad Pydnam castra mouit. A Pydna profectus cum toto exercitu die altero Pellam venit: & castris mille passus inde positis, per aliquot dies ibi statiua habuit: in quibus legationes frequẽtes, quæ ad gratulandum conuenerant, audiuit. Nuncio deinde accepto, Persea Samotracham traiecisse, profectus à Pella quartis castris Amphipolim peruenit. Cumque castra ad Siras terræ Odomantidicæ haberet: conspectis literis à Rege Perseo per treis ignobiles Legatos missis, illacrymasse dicitur humanæ sorti: quòd qui paulò ante non cõtentus Regno Macedoniæ Dardanos, Illirioſque oppugnasset: Bastarnarum asciuisset auxilia: is tum amisso exercitu, extorris regno in paruam insulam compulsus, suplex fani religione, non viribus suis tutus esset. Sed postquam literarum inscriptionem huiusmodi: Regem Persea Consuli Paulo. S. legit: miserationem omnem stultitia ignorantis fortunam suam exemit. Itaque, quanquam literæ preces rege indignæ continebant: tamen sine responso, & sine literis legati sunt dimissi. Sensit Perseus cuius nominis oblitiscendum victo esset. Itaque alteris literis cum priuati nominis titulo, missis, quibus petebat: vt aliqui ad se mitte-

rentur

rentur, quibuscum loqui de statu, & conditione fortunæ suæ posset, impetrauit. Missi sunt tres legati, sed frustra: cũ Perseus regium nomen amplecteretur: Paulus autem, vt se, suaque omnia in fidem, & clementiam P. R. permitteret, omninò contenderet. Dum hæc ita geruntur, Io Thessalonicensis Liberos Persei paruos Cn. Octauio, qui classe samotracham appulerat, tradidit. qua re audita, Perseus se se, Philippumque filium natu maximum, quem secum habebat, eidem Octauio tradidit: quo in prætoriam nauim impositio, Octauius Amphipolim repetit. Inde Regem in castra ad consulem misit, literis ea de re præmissis. Secundam eam Paulus, sicuti erat, victoriam ratus, victimas cecidit eo nuncio: & concilio aduocato, literas prætoris cum recitasset: Q. Aemilium Tuberonem obuiam Regi misit: cæteros manere in prætorio frequenteis iussit. Cum iam Perseus ingressus esset in castra, consurrexit consul, & iussis sedere aliis, progressus paulum introeunti Regi dextram porrexit: summittentemque sese ad pedes sustulit: nec attingere genua passus introductum in tabernaculum aduersus aduocatos in consilium considere iussit. Quem cum græco sermone esset percunctatus, nec vllum tulisset responsum: ad suos conuersus exemplum insigne cernitis, inquit mutationis rerum humanarum, vobis hoc præcipue dico iuuenes. Ideo in secundis rebus nihil in quenquam superbè, ac violenter consulere decet: nec præsenti credere fortunæ: cum quid vesper ferat incertũ sit. Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo efferet: nec aduersa infringet. Deinde filios admonuit: vt fortunam, cui tantum liceret, reuererentur. Scipio non multo post in Græciam cũ patre profectus est ad ea visenda, quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quàm oculis noscuntur. Primum per Thessaliam Delphos iter fecit inclytum oraculum: inde Lebadiam, vbi in templo Iouis Trophonii vidit os illius specus, per quod oraculo vtentes scisitatum Deos descendere solebant. Inde Chalcidem ad spectaculũ Euripi, æuoq; ante Insulæ ponte continenti iunctæ, descendit. A Chalci-

de

de Aulidem traiecit trium millium ſpatio diſtantem: vbi portum inclytum ſtatione quondam mille nauium Agamemnoniæ claſsis ſpectauit: Dianæque templum, vbi nauibus curſum ad Troiam, filia Iphigenia victima aris admota, rex ille regum tenuit. Hinc Oropum Atticæ ventum eſt: vbi pro Deo vates Amphilocus colebatur: templumque vetuſtum erat fontibus, riuiſque circa amænum. Ab Oropo Athenas recta peruentum multa quidem viſenda habentes, arcem portus, muros, Piræeum vrbi coniungentes, naualia magnorum Imperatorum, ſimulachra deorum, hominumque omni genere, & materiæ, & artium inſignia. Athenis profectus altero die Corinthum peruenit. Vrbs erat tum præclara, ante Mumii excidium: Arx quoque, & Iſthmus iocundum præbuere ſpectaculum: Arx in immenſam edita altitudinem fontibus ſcatebat: Iſthmus autem duo maria ab occaſu, & ortu Solis finitima arctis dirimit faucibus. Sicyonem, & Argos nobiles vrbes adiit: Inde haud parem opibus Epidaurum, ſed celebre Aeſculapii templo nobili: quod ab vrbe quinque millibus paſſuum diſtans donis diues erat, quæ remediorum mercedem ſalutarium ægri ei ſacrauerãt Deo. Inde Lacædemonem non operum magnificentia, ſed diſciplina, inſtitutiſque memorabilem: vnde per Megalopolim Olympiam aſcendit. Quo loco inter cætera ſpectacula, Iouem veluti præſentem intuens animo nonnihil motus eſt. Peragrata tandem Græcia Demetriadem, inde in caſtra ad Amphipolim ſe contulit: vbi ludis à patre magnificentiſsimè editis interfuit. Quibus confectis, & rebus Macedonicis de ſententia decem Legatorum illuc à Senatu ad id miſſorum compoſitis, in Italiam cum eo traiecit: & regia naue ingentis magnitudinis, quam ſexdecim remorum verſus agebant, ornata Macedonicis ſpoliis aduerſo Tyberi ad vrbẽ eſt ſubuectus: ac eã paucis poſt diebus poſt illius triumphalẽ currum cum Q. fratre, & aliis illuſtribus viris eſt ingreſſus. Sed vno, ac penè eodem tempore, & patris triumphum, & duorum fratrum funera, nobile maximè ſortis humanæ exemplum, ſpectauit. Alter enim duodecim fermè natus annos

diebus

diebus quinque ante patris triumphum è vita decesſit: alter quartumdecimum agens annum triduo poſt triumphum. Quam tamen familiæ orbitatem eo animo tuliſſe fertur, quo debuit is, qui poſtea duas vrbes Imperio Romano inimiciſſimas ſumma virtute eſſet euerſurus. Quod quidem vt facilius præſtare poſſet, in vrbe non luxui, non inertiæ ſe corrumpendum dedit: ſed, & quod adoleſcentiæ reliquum fuit: & omne etiam vitæ tempus (vbi per negotia tum publica, tum priuata licuit) libentius in bonarum artium ſtudiis poſuit: idque in dicendi facultate maximè, & in ſtoica diſciplina, auctoribus, ac præceptoribus Metrodoro pictore, & philoſopho excellentiſsimo, Panætio Stoicæ ſectæ Principe, & homine penè diuino, & Polybio Lycii filio Megalopolite ex Archadia. Cum enim L. Paulus, deuicto Perſeo periſſet ab Athenienſibus, vt ſibi quamprobatiſsimum philoſophum mitterent ad erudiendos liberos; itemq; pictorem ad triumphum excolendum: Athenienſes Metrodorum elegerunt, profeſsi eundem in vtraque re præſtantiſſimum. id quod ductu quoque Paulus indicauit. Sed Scipio domi tantum opera Metrodori eſt vſus. Panetium verò & Polybium non domi ſolum, ſed foris etiam ſecum ferè habuit. In dicendi autem facultate tantos fecit progreſſus: vt cumulata bellica gloria ipſa eloquentia ſummus, & grauiſsimus habitus orator fuerit. Atque in ſtoica diſciplina illud in primis eſt conſecutus, vt omiſſa illa, quæ eſt eius ſectæ propria, ſeueritate, humaniſsimus, & leniſsimus ſit factus. Cui tamen philoſophiæ ita ſemper operam dedit: vt vix intelligerent homines, id eum agere, cum ageret tamen. Poeta quoque haud contemnendus euaſit. Verſus enim ornatiſsimos ex tempore fundere, & ſcribere ſolebat. Vnde gaudens aliquando præteritis laboribus, ita cum patria locutus eſt.

Deſine Roma tuos hoſtes.
Nanque tibi monumenta mei pepepere labores. Alio loco
A ſole exoriente ſupra Mæotis paludes,
Nemo eſt qui factis meæquiparare queat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Hæc profectò ratio, confirmatioque doctrinarum, & si naturæ ipsius habitu propè diuino per se moderatus, & grauis erat: tamen cum ad naturam eximiam, illustremque accessit, omnia præclara, atque singularia extiterunt. Libros illos quidem à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptos, sed ad effigiem iusti Imperii, prudenter de manibus deponere non solebat. Cuius in primis laudabat illud, quòd diceret: eosdem labores non esse æque graues Imperatori, & militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorium. Dum verò in his artium studiis liberalissimis, doctrinaque versatur: totusque animo excolendo deditus est: pater tum Censor è vita decessit: cuius abstinentia, vt cæteras innumerabiles illius eximiasque virtutes, & optimam, ac beatissimam funeris pompam silentio præteream, tanta fuit: vt, cum ex Hispania, deuictis Lusitanis, magnas opes retulisset, tamen ex auctione bonorum ipsius vix redactum fuerit, vnde vxori Papyriæ, quam non multo post repudiauerat, dos redderetur. Cumque omni Macedonum gaza, quæ maxima fuit, potitus fuisset: nihil in domum suam intulit: sed tantum in ærarium pecuniæ inuexit (bis enim millies centies HS.) vt vsque ad Hirtium, & Pansam consules finem attulerit tributorum. eius verò mortem tanto animi robore Scipio tulit: vt vniuersa ciuitas cum sapientia, & virtute paterna non degenerasse dicitaret. Patrimonium reliquit vix mille octingentorum scutatorum. quod integrum Scipio, quòd in locupletionem ipse familiam adoptatus fuerat, Q. Fratri reliquit. summa est etiam vsus in matrem Papyriam cum semper, tum vero post patris diuortium pietate: summa in sorores liberalitate. quas cum viris tenui admodum patrimonio nuptas videret: eas ipse, quantum potuit, suis opibus semper iuuit. in suos autem tum propinquos, tum amicos summa fuit bonitate. Nam & Q. Fabii fratris filii suffragator in comitiis quæstoriis in campũ descendit: P. Rutilium consulem effecit: C. Lelio in consulatus petitione nulla re defuit. Hic est ille C. Lælius cum multis, & maximis virtutibus, tum

stoica

Stoica ratione præditus, eloquentissimus cognomento sapiens: quocum tanta beneuolentiæ charitate conuinctus erat: tam amantissimè, coniunctissimeque viuebat: vt eadem essent studia: vna esset domus, idem victus, istque communis; eadem & de Republica, & de priuata cura: neque solum militia, sed peregrinationes etiam, rusticationesque communes fuerint. Nam omissis paulisper studiis cognoscendi semper aliquid, ac discendi, in quibus remoti ab oculis populi omne ocium, tempusque conterebant, rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolabant, adeò incredibiliter repueraſcere solebant: vt concas, & vmbillicos ad Gaietam, & Lucrinum lacum legere, & ad omnem animi remissionẽ, ludumque descendere consueuerint. Nugari etiam ambo cum Lucilio poëta, & dicinti, vt ait Horatius, ludere donec decoqueretur olus soliti. Quod quidem factitare Scipio ferebatur: vt & inuidiæ, quæ illustres viros sequitur (alta enim, vt ignis, semper petit) aliquid detraheretur: & iis respirandi locus daretur, qui splendore virtutum illius, & gloria rerum gestarum opprimi videbantur. Atque cum nonnulli, qui Scipionis gloriæ inuidebant, eiusque obtrectabant laudibus, actorem illum quidem esse iactarent, poëtam verò Lælium esse dicerent: Lælius eiusmodi vocibus nihil sublatus nunquam virtutibus, atque gloria Scipionis nõ studuit. Idem ferè in dicendi facultate eueniebat. Nam etsi plurimum tribuebatur ambobus; dicendi tamen laus erat in Lælio illustrior: cum esset multò vetustior & horridior quam Scipio: & delectari magis antiquitate videretur: & libenter verbis etiam paulò magis priscis vteretur. Sed est mos hominum: vt nolint, eundem pluribus rebus excellere. Nam vt ex bellica laude aspirare ad Scipionem nemo poterat: sic ingenii literarum, eloquentiæ, sapientiæ deniq; etsi vtrique primas, priores tamen libenter deferebant Lælio. Nec cæterorum iudicio solum, sed etiam ipsorum inter ipsos contentu tribuebatur. Nunquam alter alterum vel minima re offendit: nunquam quicquam alter ex altero audiuit, quod nollet: ac tandem id inter ipsos erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

in quo consistit omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, ac sententiarum summa consensio. Quod quidem maximè causa fuit: vt in eo doctissimo, & elegantissimo de Cicero amicitia libro Lælium de amicitia disputantem induxerit: & de beneuolentiæ, coniunctionisque necessitudine, qua inter se deuincti erant, sæpè mentionem facientem, atque se sperare dicentem: Scipionis, & Lælii amicitiam notam posteritati fore. sed amicitiarum ineundarum Scipio, & colendarum adeò studiosus fuit: vt non solum è foro domum ante se conferre non consueset, quam aliquem ex iis, qui, quoquo modo occurrissent, sibi, vt Polybius præceperat, familiarem, amicumque feciset: sed omnis etiam illius sermo esset de amicitia. Nam præter cætera, nihil difficilius esse dicebat: quàm amicitiam vsque ad extremum vitæ diem permanere: vel quòd non idem expediret vtrique vel quòd non idem de Republica sentirent: & quòd etiam mores hominũ sæpè mutarentur aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingraueſcente. Dirimi etiam sæpè inter adoleſcentes contentione, vel luxuriæ conditione, vel commodi alicuius, quod idem adipisci vterque non posset. in viris etiam labefactari sæpè honoris contentione. Pestem enim maiorem esse nullam in amicitiis, quam pecuniæ cupiditatem, quam honoris certamen, & gloriæ. Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur: vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. Hæc ita multa quasi faro impendere amicitiis: vt omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Negabat etiam, vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse proferri, quam Biantis, aut Chilonis (huic Gellius ascribit) qui dixisset: ita amare oportere: vt aliquando sis osurus. tamen affirmabat, non tam in amicitiis, quam etiam in odiis, atque inimicitiis mediocritatem quandam esse tenendam. Quærebatur interdum, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent: vt capras, vt oues, quot quisque haberet, dicere posset: amicos autem quot haberet, non posset: & in

illis

illis quidem parandis curam adhibere: in amicis autem diligendis negligentes esse: nec habere signa quædam, & notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Cum amicis ita se humanè gerebat; ita se summittebat (sciebat enim esse maximum, in amicitia superiorem esse parem inferiori) vt quamuis eos præstantia virtutis, ingenii, fortunæ longè superaret: tamen nunquam (vt supra dictum est) Lælio, nunquam Rutilio, nunquam Mummio, nunquam inferioris ordinis amicis sese antepositi. Q. vero Maximum fratrem egregium virum omninò illi nequaquã parem, quod is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat. Et iam peruenerat ad trigesimum annum, cum Athenienses P. Scipione Nasica, M. Marcello coss. Romam ad Senatum legatos de suis maximis rebus miserunt, Carneadem Academicum, Critolaum Peripateticum, Diogenem Stoicum tres illius ætatis nobilissimos philosophos. Quos dum Romæ fuerunt, de rebus variis differentes cum multis aliis ciuitatis principibus audiuit: atque in primis Carneadem eo die, cum vel exercendi sui causa, vel ingenii ostendendi, in vestibulo curiæ elegantem, & accuratam habuit orationẽ pro iustitia: postero autem die prò iniustitia contra iustitiam dixit. Quæ quidem disputatio adeò eũ delectauit: vt sæpè postea dicere consueuerit: Athenienses nihil sibi iucundius, nihil gratius eo tempore facere potuisse, quàm huiusmodi legatos mittere. Cum interim res in Hispania Romanis non satis prosperè procederent: & ciuitas ita metu suspensa, ita debilitata esset: vt nullus iuueniretur, qui aut tribunus militum, aut legatus L. Luculli consulis in Hispaniam ire vellet: Scipio tum trigesimum quartum agens annum in medium processit: atque professus est, se quodcunque genus militiæ esset imperatum, excepturum. quo quidem exemplo ad militandi studium omnes incitauit. Legatus igitur Luculli in Hispaniam profectus contra Celtiberos, præter cætera facinora, quæ in eo bello præclara edidit: illud ad Intercatiam maximè memorabile fuit. Nam barbarus quidam (Regem L. Florus appellat) In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tercatienſis corporis magnitudine, atque armis inſignis cũ ſæpè in medium procederet: quemuis vnum è Romanis, qui ſecum ferro decerneret, prouocabat. Sed cum neminẽ aduerſus ſe perduci videret: tripudians, & hoſtes illudens atque etiam ab riſu linguam exerens ad ſuos ſe recipiebat. Mouit tandem ferocem Scipionis animum ſeu tacita ira, ſeu detrectandi certaminis pudor. Atque prius ſciſcitatus conſulis voluntatem (ex lege enim militari nullus extra ordinẽ cum hoſte iniuſſu imperatoris decertare poterat) armis habilibus magis, quam decoris, media militaris ſtatura, in medium proceſsit: ipſumque barbarum interfecit. Quo facinore Romanis animus maximè additus fuit. Huius quidem pugnæ effigie eius barbari filius (in gemmam enim quandam eam pugnam incidendam curauit) quoad vixit, ſignauit. Vnde Stilo Præconinus homo facetus ſatis ſalſè dicere ſolebat: quidnam fuiſſe facturum eum, ſi Scipio à patre interremptus fuiſſet? Atque etiam in eiuſdem vrbis expugnatione maius multo periculum adiit. Dum enim vehementer vtrinque pugnatur: ipſe omnium primus murum tranſcendit. ex quo egregio facinore à Lucullo murali corona donatus eſt. M. etiam Alienum Peſignum in acie ſcuto ſuo protexit. Non multo poſt ab eodem Lucullo in Africam miſſus eſt ad Maſſaniſam elephantos petitum, & milites. Erat Maſſaniſa Numidarum rex, & P. R. & Corneliæ gentis iuſtis de cauſis amiciſsimus, bellumque gerebat cum Carthaginiẽſibus Aſdrubale duce. Forte accidit, vt quo die Scipio peruenit eò, Maſſaniſa, & Aſdrubal ad pugnam craſtinam ſe pararent: Maſſaniſa, cognito Scipionis aduentu, cum ipſe corpori curando daret operam, aliquot filios cum omni equitatu obuiam miſit: eiſque mandauit, vt Scipionem venientem exciperent. ipſe verò, orta luce, ſuos in aciem eduxit: nec Aſdrubal detrectauit pugnam. Qua re cognita Scipio in editiorem quendam aſcendit locum: vnde eam pugnam, quæ ab aurora vſque ad noctem perducta eſt, non ſine magna voluptate ſpectauit. Sæpè enim poſtea dicere conſueuit: ſe quidem in variis prælijs verſatum fuiſſe, ſed

nunquam

nunquam maiorẽ percepiſſe voluptatem: quàm cum decem ſupra centum millia hominum prælio decertantium ipſe omni periculo, curaq́ue vacuus ſpectauit. Addebat præterea, vt rem ampliorem faceret: duos tantum ante ſe in bello Troiano ſimili interfuiſſe ſpectaculo, Iouem ab Ida, Neptunum ex Samothracia. Victori tandem Maſſaniſæ gratulabundus occurrit. Quem ſenex (octauum iam, & octogeſimum agebat annum) vt amicum, quòd eſſet Africani nepos, honorificè excepit, atq; officioſè. Carthaginenſes autẽ cognito Scipionis aduentu, ad eum oratum miſerunt: vt pacem inter ſe, & Maſſaniſam conciliaret, reſque componeret. Qui libenter ſuſcepto negotio, vt vnum in locum conuenirent, ibiq́ue congrederentur ſtudioſè curauit: quò vbi ventum eſt, prolatis a Maſſaniſa poſtulatis, Carthaginenſes, quicquid agri erat circa Emporium, id Maſſaniſæ ſe relicturos dicebant, & argenti talenta ducenta in præſentia numeraturos: lxxx vero ad tempus daturos: ſed Maſſaniſam, transfugas, vt omnes etiam ſibi traderent, petentem ne audire quidem ſuſtinuerunt: atq; infecta re diſceſſerũt. Scipio acceptis à Maſſaniſa elephantis, & nonnullis cohortibus ad Lucullum rediit. à quo tandem pacatis omnibus Celtiberiæ populis, & quibuſdam etiam incognitis nationibus in Hiſpania ſubactis Romam, L. Quinctio Flaminio, & M. Acilio Balbo cõſulibus, reuerſus eſt. quibus Cato apud Ciceronẽ de ſenectute locutus cũ Scipione, & Lælio fingitur. Quo quidem tempore cum patres, auctore in primis Catone, bellum Carthaginenſibus inferre ſtatuiſſent: Scipio Tribunus militum quartæ legionis Manii Manilii in Africam cum eo, & L. Marcio Cenſorino coss. traiecit. Quò vbi applicuit, nihil ei potius fuit: quàm vt Maſſaniſam conueniret. ad quẽ vt venit, complexus eum ſenex aliquanto poſt effuſas nonnullas lacrymas ſuſpexit in cœlum: & Soli, reliquiſq́ue cælitibus gratias egit: quòd ante in ſuo regno, ſuiſq́ue tectis Scipionem iterum conſpiceret, quàm è vita diſcederet. Deinde Scipio illum de ſuo regno, ille viciſsim Scipionem de ſua Republica percunctatus eſt: multiſq́ue verbis vltro citroq́;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

troque habitis, illum diem consumpserunt. Post autem apparatu regio accepti, nullis in aliis, nisi de Africano sermonibus ad multam noctem versati sunt: cum senex omnia illius non facta solum, sed dicta etiam commemoraret. Deinde vt cubitum discesserunt, Scipionem & fessum de via, & quòd ad multam noctem vigilasset: arctior, quàm consueuerat, somnus complexus est. Hinc Cicero occasionem arripuit: vt Scipionis somnium comminisceretur, vnicam ex vniuerso sex de Republica librorum naufragio tabulam. in quibus quidem libris inducebatur Scipio, cum etiam P. Furius, Philus, & C. Lælius Sapiens, & M. Manilius adesset, Q. Tubero, & P. Rutilius, ac duo etiam Lælii generi Q. Scæuola, & C. Fannius (quamquam non affuisse dicatur in libro de amicitia) qui triduum in suis hortis de Republica, & optimi ciuis officio disputabat: ac statum optimæ ciuitatis conformabat. De optimi ciuis officio hæc sunt illius verba ex quinto de Rep. libro. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est: vt opibus firma, copijs locuplex, gloria ampla, virtute honesta sit. huius enim operis maximi inter homines, atque optimi illum esse effectorem volo. Reuerso Scipione in castra, Consules acceptis trecentis, quos Carthaginensibus imperauerant, obsidibus, armisque, & omnibus bellicis instrumentis, ex auctoritate patrum, Carthaginenses, si salui esse vellent, in alio loco procul à mari decem millia passuum alterum oppidum facere iusserunt. Qua re audita, Carthaginienses, quippe qui indigna sibi imperari, & minimè tolleranda arbitrarentur, multis nequicquam fusis lacrymis, & precibus ad bellum, se, suaque defendenda, rebus omnibus ad id necessariis spoliati, præterquam pecunia compelluntur. qui tamen tanto studio, ac certamine fabrorum, mulierum, puerorum arma omnium generum facienda curauerunt: vt singulis diebus centum, & quadraginta clypei confecti in armamentarium referrentur, enses trecenti, tragulæ, & lanceæ quingentæ, mille tela ex catapultis mitten-

da

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

da cum ingenti catapultarum, & sagittarum numero. Hæc Strabo, & Appianus. Florus autem eò furoris eos deuenisse refert: vt in vsum nouæ classis tecta, domosque rescinderint: in armorum officinis aurum, & argentum pro ære, ferroque conflauerint: in tormentorum vincula, vt tendi possent, matronæ, alia deficiente materia, suos capillos cõtulerint. Dum igitur hæc Carthagini geruntur, Consules aliquot diebus cum aliis de causis, tum verò maximè, vt rei frumentariæ consulerent, absumptis, ad eam exercitum instructum oppugnandam ducunt. Patebat Carthago in circuitu millia passuum xxiii. sita in secessu magni cuiusdam sinus peninsulæ similis. Iugum enim eam à continente separabat xxv. stadia latum. Strabo Carthago, inquit, sita est in peninsula quadam describente ambitũ, qui murum habebat ccc. & lx. stadiorum, cuius lx. stadiorum longitudinem occupabat iugum, quod à mare in mare descendit. Qui verò dicit, eam patuisse in circuitu mille xxiiii passuus, videat quam probabilia scripserit: cum nulla sit vrbs tam parua, quæ non habeat tantum ambitus. ab iugo quædam lingua angusta, oblonga, trecentos duodecim pedes lata excurrebat in occidentem inter stagnum, & mare simplici muro per rupes præruptas munita. pars verò, quæ ad meridiem, & continentem spectabat, vbi etiam erat Byrsa (tumulus hic erat satis editus in cuius vertice erat Aesculapii templum, maximè illustre, & opulentum) triplici muro & ipsa circummuniebatur triginta cubitos alto præter propugnacula, & turres, quæ interuallo quingentorum pedum inter se distabant, quæque tabulatorum quatuor, nixæ fundamentis triginta pedum. altitudo verò cuiusque muri primum æquabat tabulatum: & in parte inferiori fornicata, atque firma trecenti stabulabantur elephanti cum locis idoneis ad ea, quæ ad ipsos alendos pertinerent, conseruanda. supra ipsos erant quatuor millium equorum stabula cum suis pabuli, & hordei penuariis: virorum quoque domicilia viginti millium peditum, quatuor millium equitum. tantus apparatus belli eo ordine collocatus in solis muris fuerat. Angu-

lus

lus verò, qui præter linguam ab hoc muro ad portus circũ flectebatur, solus erat debilis, & humilis, & à principio neglectus. Portus verò ita erant constituti: vt ex alio in alium nauigaretur: & ab alto vnum commune os pateret latum pedes septuaginta, quod ferreis catenis claudebatur. primo portu, in quo erant multæ, ac variæ tabernæ mercatores, vtebantur. Interioris verò portus in medio erat insula, quæ vti portus, magnus habebat crepidines naualibus refertas, quæ naues ccxx. capiebant. in his triremium armamentaria. duæ autem vnicuique nauali columnæ Ionici operis prominebant: quæ & portum, & insulam circunspicientibus speciem porticus representarent. Erat autem in insula præfectus classis domicilium, vnde & tubicen dare signum, & præco edicere, & præfectus prospicere consueuerat. Iacebat hæc insula contra ostium, aditumque portus, & erat vehementer elata: vt & præfectus quæcunque venirent ex alto, procul videret, & ab iis, qui naui accederent, etiam acriter intuentibus partes intimæ portuum non conspicerẽtur: ac ne mercatoribus quidem in suum portum inuectis statim naualia sese ostendebant. quòd erant duplici circundata muro, portaque negotiatores à primo portu in vrbem inferebat non transeuntes per naualia. Sic igitur sita Cartha go, sic munita oppugnari, obsideriq́ue cæpta est. In qua oppugnatione deiecta tandem parte quadam muri à consule Censorino, campus latè patens, & ad pugnam aptus intus apparuit: vbi à Carthaginensibus milites constituti fuerant, partim in fronte armis instructi, alii post hos lapidibus, & lignis muniti: permulti etiam in ædificiis ipsi campo imminen bus dispositi expectabant, vt Romani irrumperent. Quod orta luce, cum duo Tribuni cum aliquot cõhortibus latis te merè feciſſent, ac maximè iam ab hostibus premerentur, Scipio, qui iam id animaduerterat, de salute illorum maximè sollicitus, diuisis suis cohortibus in plures partes, & iis iuxta murum ex interuallo collocatis, & Romanos ingredi in vrbem prohibebat, & ingressos excipiens ab hostium vndique prementium impetu tutos reddebat. Quare nomen

eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

eius magna esse cæpit apud omnes gloria, cum militibus cō-
sulendo prudentior ipso consule existimaretur. Castellum
quoque Romanorū nocte ab hostium incendio, paucis equi
tibus iuuantibus, liberauit. Non multo post Carthaginien-
ses discessu Censorini (Romam ad comitia profectus erat)
audaciores facti cū omnibus copiis noctu vrbe egressi sunt
partim armati, alii inermes asseres tantum ferentes: quas cū
proximæ castrorum Manlii fossæ iniecissent, strenuè val-
lum diuellere, ac perumpere cæperunt. Qua re perterritis
quòd nox erat, Romanis, Scipio ea porta, quæ longius ab
hostibus, ac prælio aberat, egressus cum equitibus tanta vi
in hostes irrupit: vt, omisso incæpto, intra mœnia sese fu
ga recipere cogerentur. Quo egregio facinore Romanis in
tanta trepidatione iterum saluti ea nocte fuisse, vna omniū
voce ferebatur. Erat quidam Phamæas Himilconis filius,
iuuenis, & ad pugnandum audax. qui cum præfectus equi-
tum Libycorum esset, & equis veteretur illis quidem paruis,
sed cursu maximè velocibus, herbaque, cū nihil aliud erat,
vescentibus, ac sitim, cum opus erat, famemque facilè tol-
lerantibus, magno erat impedimento, atque incommodo
Romanis, ductu Tribunorum (consuerant enim Tribuni
eos ducere milites, qui frumentatum, & pabulatum mitte-
bantur) in frumentationes, ac pabulationes proficiscenti-
bus. Nam ex syluis, & conuallibus, in quibus latitare con-
sueuerat, ex improuiso, vbi quid negligentius agi videbat,
frumentantes inuadebat Romanos: & aliquo iis illato da-
mno è conspectu in tutum euolabat: cum nusquam tamen,
Scipione id muneris obeunte, prodire auderet. Pedites
enim Scipio instructos, & equites in equis paratos semper
ducebat: ac vbi ad locum, vbi erat pabulandum, atque fru
mentandum, acie instructa peruenerat: non ante ordines
dissolui patiebatur, quàm equitibus eum, peditibusque cir-
cundatum firmasset: quo facto, eundem ipse campum cum re
liquis equitum turmis continenter lustrabat: & si quem ex
frumentatoribus longius vagantem, aut è circulo egressum
deprehendebat, in eum grauiter animaduertebat. Vnde fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tum est, vt cum eo Phamæas congredi non auderet, quod in primis metueret eum, ac reuereretur: id quod etiam Asdrubal alter Pœnorum dux faciebat: quòd Scipionem, & paratissimum ad pugnandum, & consultissimum videret. Hoc modo magis, magisque quotidie gloria excellebat. Hinc cæterorum Tribunorum inuidia impulsorum crebræ voces audiebantur, inter Scipionem, & Phamæam amicitiam iam inde ab auo Africano institutam permanere. Cum verò Libyci in turres, & castella, quibus abbundabat ea regio, confugerent: alii Tribuni eos, interposita fide, cum dimisissent, deinde tamen in itinere ex insidiis aggrediebantur: Sed Scipio domum eos deducendos curabat. Ex quo nemo Libycorum ante cum Tribunis pactionem faciebat, quàm Scipio accederet. tanta erat illius egregiæ virtutis opinio, & fidei, & apud suos, & apud hostes. Reuersis autem Romanis à pabulatione in castra Pæni classis præsidium cum noctu inuasissent, tumultusque varius esset, tollentibus vnà clamorem in vrbe de industria ad incutiendum Romanis terrorem Carthaginiensibus: Manilius, vt qui eius rei causam ignoraret, copias non temerè educendas ratus intra vallum se continebat. At Scipio duas equitum turmas haud mediocri occupatas metu cum facibus incensis educit, simulque his præcipit, ne cum hostibus in nocte cõ grediantur: sed circumcurrerant cum facibus, ac speciem multitudinis præ se ferant, hostibusque irruentibus terrorem sine intermissione incutiant. Quo facto, duplici metu Carthaginienses in vrbem compelluntur. pro quo, reliquisque iam editis præclaris facinoribus Scipio erat omnibus in ore: vt solus patre paulo Persei Macedonum regis imperii euersore, & Scipionibus, in quarum familiam adoptatus fuerat dignus. Sed Manilio ab irrita Carthaginis oppugnatione ad Nepherim (distabat hæc vrbs à Carthagine viginti quatuor millia passuũ, natura munita, quòd in cacumine montis, cuius erat ascensus quindecim millium passuum, in saxo quodam condita fuerat) aduersus Asdrubalem, qui cum suis copiis iniquum occupauerat saltum exercitum

ercitum ducente, Scipio, cum id non probaret, vehemen ter angebatur animo: quòd per rupes, conualles, & pleraque edita, & prærupta loca, & iam ab hostibus insessa, iter esse faciebdum videret. Et iam ab Asdrubale trecentos septuaginta quinque passus aberant, & flumen quoddam erat transeundum, & inde ascensu difficili, ad hostes veniẽdum: cum de reditu agere, & consuli suadere cæpit; vt ab eiusmodi desisteret incepto, quasi opportuniore tempore, aliaque ratione, & apparatu id esset agendum. Sed in primis cæteris aduersantibus Tribunis, qui illius prudentiæ, & virtuti inuidebant, atque etiam dicentibus, id non prudens consilium, sed animi mollitiem, & ignauiam esse, conspectis hostibus, retrocedere, & esse periculum, ne se fugientes per contemptum hostes insectentur: cum nihil proficeret, iterum suadere conatus est: vt saltem exercitus ad ripam fluminis sisteretur, vallumque excitaretur; vt, si fortè premerentur, & hostium vim ferre nequirent, aliquem tutum haberent receptum, cum fugæ alius sibi nullus relinqueretur locus. Hæc non solum risu excepta sunt sed quidam etiam è tribunis minitatus est, se ensem abiecturum, si Scipionis Tribuni arbitrio, non autem Manilii consulis Imperio exercitus esset ducendus. Victus tandem eiusmodi vocibus cum Manilio, ac cæteris flumen traiecit. his obuius fit Asdrubal. inita extemplo pugna, magnaque cædes vtrinque facta, Asdrubal in locum munitum sese recepit, ibique tutus ab omni Romanorum vi in eam occasionem imminebat: vt hostes inde abeuntes inuaderet. Qui tandem non sine facti pœnitentia flumen (vti Scipio prædixerat) integris ordinibus repetunt, quod cum propter angustiam vadi locique asperitatem instructi transire non possent, id dissolutis ordinibus facere coguntur. Quod conspicatus Asdrubal eos aggressus apertè omni vi vrgere cæpit: multi fædè cædebantur, qui in fuga potius, quàm in virtute spem salutis collocauerant. Et iam tres ex illis tribunis, qui illius pugnæ auctores Manilio fuerant, ceciderant: cum scipio trecentos equites, quos circa se habebat, & aliis, quos cogere tũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

potuit, additis, omnes simul in duas partes diuisos in hostes immisit celeri cursu, ac iussit: vt altera pars tela in hostes iaceret, & iactis telis, statim secederet: altera huic succederet, missisque & ipsa iaculis, statim resiliret. Dicebat enim fore: vt dimidia ipsorum pars hostes semper iaculis incesseret, quibus intortis pedem referret, & se quasi eo modo pugnando in orbem circumageret. quod cum crebro, & in loco haud amplo fieret, Afri continenter vulnerabantur & in Scipionem arma vertere cogebantur: eoque modo Romanis facilior fluminis transitus dabatur. quod vbi omnes transiuerunt, Scipio quoque inter hostium tela, & ægrè ad suos transuectus est. Dum hæc initio gerebantur, duæ cohortes interuentu hostium à cæteris diuisæ, & à flumine exclusæ, cum in tumulum quendam confugissent; ab Asdrubale obsideri cæptæ sunt. quæ quidem res non prius, quàm constitit exercitus, castraque facta sunt, à Romanis cognita variè ipsos affecit. Erant enim, qui potius fugiendum censerent, quàm vniuersis pro paucorum salute periculum vitæ subeundum: At Scipio celeriter, & audacter strenuis viris laborantibus opem esse ferendã contendebat: docebatq; priusquam aggrediare prudentia, & consilio opus esse; adductis vero tot viris, ac signis in discrimen, proiecta vtendum audacia. Quare professus, se aut eas cohortes incolumes reducturum, aut strenuem pugnando mortem æquo animo oppeturum, cum paucis delectis equitum turmis, assumptis duorum etiam dierum cibariis, ad tumulum contendit, omnibus de reditu illius desperantibus. Quo vbi peruentum est, collem quendam contra eum tumulum, in quo cohortes obsidebantur, quam maximo cursu potuit, occupauit. Qua re cognita, Libyci acrius obsessos premere, & vehementius oppugnare simulque iis significare, Scipionẽ de via continenti fessum auxilio venire non posse. Sed Scipio postquam radices vtriusque tumuli, vallemque interiacentem satis contemplatus est, nulla interposita mora, per eam fertur supra hostes. Qui vbi se circonuentos viderunt, effusæ sese fugæ mandarunt. Quos tamen Scipio, quoniam

numero

numero longè ſuperiores erant, cum inſequi noluiſſet, quòd ſatis ſuperque vſum eſſet, ſuos, qui iam prorſus de ſalute deſperauerant, ab iminenti periculo liberaſſe, reuerſus in caſtra ingenti plauſu, ac lætitia, & ipſe præter ſpem incolumis eſſet, & alios conſeruaſſet, omnibus, Deum aliquem opinantibus illi auxilio eſſe, exceptus fuit: & ab iis, quos obſidione liberauerat, corona obſidionali è viridi gramine donatus. Quod poſteà ſtatuæ illius Cæſar Auguſtus in foro ſuo adſcripſit. Hac quidem graminea corona nulla apud Romanos nobilior fuit: hæc ſplendore, nobilitate, atque decore longè ſuperauerit gramineas, aureas, vallares, murales, roſtratas, ciuicas, ac triumphales: hac pauci admodum donati, illis penè infiniti: hac nullus ferè in vita, niſi ſemel, illis ſæpè multi. L. Sicinius Dentatus ciuicas quatuordecim accepit, cum depugnaſſet centum & viginti præliis ſemper victor. Gramineam S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo Cunctatori dedit: quòd vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. hac eadem donatus fuit P. Decius Mus, M. Calpurnius Flamma Tribuni militum, & Auguſtus ipſæ Cæſar conſul cum M. Cicerone filio. In hac danda corona obſeruari ſolebat; vt è viridi gramine conficeretur decerpto ex eo loco, vbi obſeſſi liberati fuiſſent: & ab iis ipſis daretur, qui obſidione, vitæque periculo liberati fuiſſent. Etenim ſummum erat apud antiquos victoriæ ſignum herbam porrigere victos: hoc eſt terra, & altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere. Manilius autem cùm iam ſatis pænarum dediſſet, quòd Scipionis conſilium eam expeditionem diſſuadentis, ſequi noluerat, ad exercitum, quem ad Carthaginem reliquerat, rediit. Verſantibus autem omnibus in magno mœrore, cum omnium, qui in eo certamine ceciderant, tum verò maximè Tribunorum cauſa, quòd eorum corpora inſepulta iacerent: Scipio vnum ex captiuis liberum ad Aſdrubalem dimiſit; qui ab eo verbis ſuis peteret vt Tribunos ſepeliendos curaret. Quod Aſdrubal conquiſitis, ac facilè inuentis corporibus propter anulos aureos, quos Tribuni geſtabant (reliqui enim dignitate inferiores

ferreis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ferreis vtebantur) non grauatè fecit; vel quòd humanum, communeque cum hostibus id esse crederet: vel quòd Scipionis gloriam iam tum reuereretur, & illi obsequi maximè cuperet. Per idem ferè tempus legati, qui Roma, dum hæc gerebantur, à Senatu in Africam missi fuerant ad omnia, quæ ibi fierent, diligentissimè exploranda, atq; cognoscenda, in castra cum peruenissent, Manilium ipsum, prætoriũ, reliquos Tribunos, extincta iam prosperis rerũ successibus inuidia, vniuersos denique milites verissimũ, & grauissimũ Scipionis virtutibus, rebusque gestis testionium dantes audiuerunt. Quod vbi Romam reuersi in Senatu retulerunt, atque etiam addiderunt, quam omnium ferè militum voluntas in Scipionem esset propensa, gratumque senatoribus esse apparuit, Cato ille sapiens, qui sibi, atq; animo suo nullius vnquam turpitudinis gratiam fecit: & ob eam rem non facilè alterius libidini malefacta condonabat: lingua ad vituperandum promptior interrogatus, quid sentiret de iis, qui in Africa militabant, illius virtutem tantis laudibus est prosecutus: vt illud protulerit Homeri carmen ex decimo libro Odisseæ de Tiresia.

ὅιος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Soli sensus in est, alij simulachra feruntur.

Quam diuinam hominis vocem non multo post res ipsa cõfirmauit. Populus autem Romanus ob hanc ipsam causam tanto illum studio complexus fuit: vt proximis comitiis plurimæ tribus consulem scriberent, cum id per illius ætatem minimè liceret. His ita gestis in Africa, creantur Romæ Consules SP. Postumius, & L. Piso. M'. Manilio proroga tum est imperium. Per idem ferè tempus Massanisa Rex iam ætate confectus (septimũ enim, & nonagesimũ agebat annum) cum grauiter iaceret; à Manilio proconsule per literas petiit, vt ad se quamprimum Scipionem mitteret, mortem suam ratus feliciorem futuram; si in amicissimi complexu extremum vitæ spiritum edidisset: mandata dedisset: & regni, ac filiorum diuisorem atque consultorem reliquisset. Qui tamen supremam iam adesse horam cum sentiret;

hæc

hæc vxori, filiisque mandasse memoriæ, literisque prodidit est. vt in terris vnum P. R. noscerent, & obseruarent; in P. autem R. vnam Scipionis domum: his duobus enitерentur domi militiæque, vsui quam maximo esse: hos duos sibi cognatorum, hos affinium loco ducerent: se de regno nihil in præsentia statuere: integra omnia Scipioni reseruare: eum diuidendi regni arbitrum haberent: quod ille statuisset, id perinde, vt testamento cautum immutabile, tantumque conseruarent. Hæc locutus è vita demigrauit. Scipio autem cum paulo post Massanisæ mortem eò peruenisset, regnum inter eius filios hoc modo diuisit. iis, qui è concubinis nati fuerant (erant enim xliiii) alia tribuit bona: legitimis verò, qui tres tantum erant, Micipsa, Gulussa, & Manastabal, pecunias omnes, aurum, & argentum factum, & infectum, cũ vectigalibus assignauit: ac regium nomen commune inter eos esse voluit. Gulussæ natu maximo, cui pacis studium in primis curæ fuit, Cirtam vrbem præcipuam, & quæcunque regia ibi essent, concessit. Gulussæ artibus militaribus erudito, qui secundus ætate ab illo fuit, pacis faciendæ, bellique inferendi potestas data est. Manastabali verò natu minimo, & græcis literis prædito; exercendæ iustitia, cuius erat cultor, & iudiciorum munus assignatum. Hac igitur ratione Massanisæ imperii administratione, gazaque diuisa, Gulussam belli sibi asciuit socium secũq; duxit: & egregia eius opera (duxerat enim secum Numidarum auxilia) in primis vsus est ad repellendas insidias Phamææ, quibus assiduis infestos reddebat Romanos, easq; effugiendas, atque comprimendas. Qui tamen Phamæas paucis post diebus ad Romanos auctore Scipione, defecit. Nam cum Scipio aliquando, & Phamæas iter ita fecerent: vt alter contra alterum iret, sed inter vtrunque vallis inuia, & accessu difficilis intercesset, vt alter alterum nec inuadere, nec offendere vllo modo posset: Scipio veritus hostium insidias agmen cum tribus antegradiens omnia diligentissime explorabat. Quod cum Phamæas animaduertisset, cum vno ex suis amicis obuiam ei processit. idem Scipio ratus illum

loqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

loqui velle, ascito vno tantum comite, fecit. Sed vbi ita ap propinquauerunt, vt alter alterum audire posset (Carthaginienses enim præcesserat) cur, inquit, Scipio, ô Phamæa saluti non consulis tuæ, cum communi non possis? tum ille, quæ mihi spes salutis esse potest, rebus Carthaginiensium sic accisis, & Romanis tot à me iniuriis, & incommodis affectis? tum Scipio, tibi spondeo, inquit, ac in me recipio, (si tamen fide dignus, atque idoneus sum) salutem, veniam apud Romanos, & gratiam tibi non defuturam. & ille, dignissimus omnium tu quidem es, cui omnium consensu fides adhibeatur: sed ego, inquit, deliberabo: & si putabo hoc fieri posse, tibi significabo. His dictis, dilapsi sunt, quisq; ad suos. Reuerso iterum Manilio cum cibariis quindecim dierum ad Nepherim, castriq́ue, vbi propius accessit, munitis, vt esse faciendum in priore expeditione Scipio admonuerat: à quodam ex Gulussæ militibus in castra ad Scipionem affertur epistola: quam obsignatam, vt erat, Manilio duci legendam tradidit: quæ in hanc sententiam erat scripta. Ego ad talem diem veniam ad talem locum; tu verò cú quot placuerit accedito; & primis excubitoribus impera, vt eum, qui ad se noctu veniet, accipiant. in hac epistola nullum erat nomen adscriptum. vnde Scipio eam esse Phameæ arbitratus est. Manilius autem ob eam ipsam causam maximè timebat, ne qua strueretur Scipioni fraus ab homine ad insidias faciendas calidissimo. Tamen cum Scipionem benè sperare videret, eò inclinauit ipsius sententia: vt iret ad eum locum: & de salute Phamæam animo bono esse, atque confidere suo nomine iuberet: sed nihil de gratia affirmaret, nihil statueret: verum, quæ essent honesta, ea Senatú facturum polliceretur. Sed nulla opus fuit pollicitatione. Vbi enim in conspectum Scipionis venit, se illius fidei suam committere salutem dixit: gratiæ verò referendæ arbitrium Senatus esse. Hæc locutus discessit. Postero die, habita concione ad suos, qua eos ad defectionem ad Romanos, hortatus est, cum duobus millibus, ac ducentis equitibus ad Scipionem transiit, summa cum lætitia non solum ipsius pro-

consulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

consulis, sed totius etiam exercitus. qui obuiam profectus Scipionem cum Phamæa redeuntẽ bonis ominibus, lætisq; clamoribus prosecutus est. Iam cœperat exercitus Romanus fame laborare (decem enim iam, & septem erant dies, cum ad Nepherim ventum est, ac tribus ad reditum opus erat) cum Scipio ascitis Phamæa, & Gulussa cum equitibus vtriusque, & aliquot etiam Italicis ad campum, quem incolæ Magnum Baratrum appellant, processit, & inde magnam frumenti vim in castra, sub noctem attulit. Manilio autem, accepto nuncio, L. Calpurnium Pisonem sibi successorem mitti, non alienum visum est, Scipionem (reuocabatur enim à Senatu) cum Phamæa Romam præmittere. qua re per castra perlata, milites ad nauem concurrere, ac Scipionem nõ laudibus solum in cœlum tollere, sed etiam deos precari, vt Consul in Africam ad se rediret, quasi solus natus esset ad interitum, exitiumque Carthaginis. diuinitus enim hæc oppinio animis ipsorum illapsa fuerat; solum Scipionem Carthaginem euersurum: id quod Romam ad suos scripsere. Senatus collaudato Scipione, Phamæam plurimis honestauit muneribus, purpurea veste, aurea fibula, equo phaleris aureis instrato, solida armatura, argenti drachmarũ decem millibus, vasorum argenteorum pondo centum, & tabernaculum cum lauta suppellectile: longeque plura se etiã daturum pollicitus est, si in reliquo bello strenuam Romanis operam nauasset. ille se id facturum pollicitus in Africam in castra Romana trasmisit. Appetente autem vere L. Piso Consul in Africam traiecit cum L. Mancino classis præfecto. Qui plurimis in ea acceptis incõmodis reque sæpe infeliciter gesta, tandem ab Hippone Regio, quã per totam æstatem obsederat, Vticam in hiberna turpiter est compulsus. Erat hæc vrbs inter vticam, & Carthaginem, magna, mœnibus, arce, portubus, naualibus, ab Agathocle Siculorum Tyranno instructa, & ornata. Hæc diuum Augustinum Episcopum habuit per annos xl. Qui cum in Africam Vandali, duce Genserico, magna vi hominum irrupissent, & expugnatis, ac direptis multis oppidis, Hip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ponem graui obsidione cinxissent: septimo obsidionis mense mortuus est anno ætatis lxxv. anno verò salutis nostræ cccc xxx iii. His igitur rebus Romam perlatis, omnes in summa tristitia, ac trepidatione versari cæperunt: nõ solum q̃ bello in dies crescenti, ac omnium difficillimo, nullum finem expectabant futurum: sed etiam quòd quotidie referebantur maiores Carthaginiensium apparatus, & per eosdem multos ex finitimis populis mercede, & pollicitationibus sollicitari, non pecuniam, non arma iis deesse. Quarè Scipionis primum res in Hispania, deinde in Libya gestas cogitatione, & animo repetentes, easque cum præsentium rerum statu conferentes, domesticorum, atque amicorum literas, Catonis verba, legatorumque commemorantes eum primo quoque tempore consulem facere, & in Libyam mittere, constituerunt. Cum igitur iam adesset comitiorum tempus, Scipio, quoniam per ætatem (septimum enim, & trigesimum agebat annum) nequaquam ei consulatum assequi licebat, ædilitatem petiit: populus verò eum consulem dixit. Cui quidem rei Patres aduersari cæperunt, vtque esset iniqua, & contra legem, qua Anno vrbis conditæ 574. à L. Villio Tribuno plebis lata cautum erat: nequis minor Annis xliii. consul fieret. At ciues rogare, instare, clamare demum incipiunt, ex Romuli, & Tullii legibus populũ comitiorum esse principem, & legum, quæ in iis ferentur ita: vt & eas abrogare, & confirmare ad arbitrium suum possit. Quidam tandem è Tribunis dixit, comitiorum, atq; creandorum Magistratuum facultatem patribus auferendam nisi populo assentirentur. Victi tandem his vocibus patres, Tribunis, vt Scipionem lege soluerent, permiserunt, modò eam post annum iterum ferrent. Itaque Scipio lege solutus ex candidato ædilitatis consul factus est cum C. Liuio Druso, atque extra sortem ei prouincia Africa data. Eam verò iubente collega, vt inter se sortirentur, vnus è Tribunis eũ docuit: præficiendi quoque prouinciæ populi iudicium esse, populum Scipionem delegisse. Supplementum exercitus Scipioni ex delectu concessum est, ex sociis tot voluntario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

rios educere, quot persuadere posset: ad Reges, & ciuitates tot literas Populi Romani nomen scribere, quot vellet. quod non frustra fuit. nam eo modo aliquot à regibus, & ciuitatibus auxilia impetrauit. Hoc tempore cum ab eo quidam vetus assectator ex numero amicorum non impetraret, vt se præfectum in Africam duceret, idque moleste ferret: noli, inquit, Scipio mirari, si tu à me hoc non impetras: ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem carem fore, arbitror, peto, vt mecum præfectus proficiscatur, & adhuc impetrare non possum. His ita administratis ab vrbe tandem profectus in Siciliam primum, inde Vticam sub occasum solis appulit. L. Mancinus classis præfectus, qui cum Pisone, ante Scipionis aduentum in Africam trajecerat, aggressus est interea partem muri Carthaginis ab oppidanis neglectam propter rupes continentes, asperas, & inaccessas: admotis scalis, & aliquot iam militibus strenuè murum tenentibus, Pœni eruptione facta hostes inuadunt. At Romani eos fusos, fugatosque in vrbem ea porta, qua eruperant, persecuntur. Et iam sol ad occasum peruenerat, cum Romani occupato iusta murum loco quodam munito, quiescebant. Hic Mancinus, & inopia cibariorum, & quod periculum erat, ne prima luce præceps à pœnis per rupes ageretur, vbi se in maximum periculum adductum intellexit: nocte imminente, nuncium ad Pisonem, & Principes Vticensium rogatum misit: vt sibi laboranti opem ferant, commeatumque statim mittant. Quo nunico circa mediam noctem accepto, Scipio tubicem extemplo tuba canere iussit: & præcones eos ad mare conuocare, quos secum ex Italia adduxerat, & pubem Vticensem: eos autem, qui essent ætate prouectiore, comeatum, ad naues comportare. Deinde mancipia, aliquot ex Carthaginiensibus dimisit, qui suis nunciarent, Scipionem Mancino venire subsidio. Misit præterea equites alios post alios ad Pisonem, qui tum mediterranea loca obsidebat, propere accersendum: ipse vero de quarta vigilia soluit, militibus præmonitis, vt cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

hostibus appropinquarent, erecti consisterent in tabulatis, vt iis se se ostentarent, & longè plures viderentur. Mancinus, orta iam luce, & irruentibus vndique Carthaginiensibus, quingentis, quos solos armatos habuit, circundedit inermium tria milia, qui pridie relictis nauibus opem suis laturi illuc concurrerant. & iam accepto vulnere, eò loci compulsus fuerat: vt parum abesset, quin præceps ex muris ageretur, cum Scipionis naues impetu, pulsuque remorum terribili venientes, in alto visæ sunt, militibus vndiq; extantibus refertæ, & Carthaginiensibus quidem; re cognita ex mancipiis, non improuisæ, sed Romanis præter spem salutem ferentes. Cum enim Pæni paulum retulissent pedem, & Romanos oppugnare destitissent; Scipio, Mancino cum omnibus ipsius militibus in naues acceptis, & eo statim Romã (iam enim successor illius venerat) dimisso, haud procul Carthagine consedit. Pœni quoque ad sexcentos viginti quinque passus ab vrbe progressi castra ex aduerso locarunt. Huc se se contulit Asdrubal cum sex millibus veteranorum peditum; & Bythias equitum præfectus cum mille exercitatissimis equitibus. Hic Scipio cum nullam in militibus à Pisone acceptis inesse modestiam, nullum ordinem; nullam obedientiam animaduerteret: sed ignauiæ, auaritiæ, rapinisque illius Consulis indulgentia omnino deditos: & interdum cum his magnam institorum multitudinem versari, qui prædæ causa sequentes audaciores è castris iniussu consulis abeuntes (cum lex in hostium numerum referret eum, qui longius discessit, quàm tubæ sonum audire posset) rapinas exercebant: quæque hi deliquissent, ea in exercitum conferri: & quæ rapuissent, noui certaminis, ac mali principium esse: quòd multi prædæ socios iniustè verberabant, vulneribus, morteque afficiebant: hos sibi paucis esse monendos, & castigandos putauit. Intelligebat enim hostes difficilè superari posse, nisi milites dicto audientis, moderati, atque continentes fuissent. Quare aduocata concione, in editiorem ipse conscendit locum, ac facto per præconem silentio, ita milites allocutus est. Ego milites, cum sub

Manlio

Manlio duce, ſtipendia merebam, vos mihi teſtes eſtis, quod ſpecimen obſeruantiæ meæ dederim, & quam me obedientem præbuerim: id quod nunc à vobis repeto Conſul. qui quamuis eos, qui mihi non paruerint, ſummo etiam afficere ſupplicio poſsim: tamen meas eſſe partes, nec inutile futurũ putaui, vos præmonere. Vos quæ facilis, probè ſcitis: ego verò ea dicere, quæ mihi ſunt dicenda, erubeſco. eo militiæ genere vtimini: vt latrones dici verius poſitis, quàm milites: in caſtris cum eſt manendum, ad arbitrium veſtrum huc, & illuc diſcurritis: & ob auaritiam cauponantibus, atq; nundinantibus ſimiles eſtis, non vrbem obſidentibus, ac oppugnantibus: deliciis, ac voluptatibus, cum adhuc bellum geratis, perfrui vultis. Iccircò res hoſtium, animiſque præter omnium ſpem, & celeriter, ex quo à vobis diſceſsi, tantum creuerunt: & nobis ab huiuſmodi indulgentia, atque deſidia labores facti ſunt difficiliores, atque grauiores. Horum culpam ſi vobis eſſe aſcribendam intelligerem, ſine vlla mora mihi pœnas daretis: ſed quoniam in alterum eam confero, quæ adhuc comiſiſtis, ea nunc miſſa facio, vobiſque condono. De me vero ſic habetote: veniſſe me huc, non vt pecuniis coaceruandis inſeruiam ante victoriam; ſed vt, euerſis primum hoſtibus, eam conſequar. Diſcedite igitur hodie ab exercitu omnes, qui ſtipendia non facitis, exceptis iis, quibus ego manendi poteſtatem permiſſero: nec quiſquam in caſtra redire poſthac audeat, niſi qui comeatum ferat, eumque militarem, ac tenuem. His autem tempus præſcribetur, quo res ſuas diſtribuant, atque diuendant: quod vt rectè fiat ego, & quæſtor curabimus. Atque hæc dicta ſint iis, qui militiæ ſacramento non ſunt obligati. Sed vobis militibus vnum ſit in omnibus muneribus obeundis, cõmune præceptum, meus mos, meuſque labor. Huc ſi intuebimini, voſque dirigetis, nec ardens ſtudium, & animi præſentia nec etiam gratia vobis deerit. Nunc in iis eſt nobis elaborandum, in quibus eſt plurimum periculi: lucrum vero, & voluptas in tempus magis opportunum reiiciatur. Hæc ego & lex imperamus: qui ſeſſe obedientes præbuerint, multa

conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

consequentur commoda ; qui verò dicto non paruerint, debitas mihi pœnas dabunt. His dictis, omnem statim inutilium hominum turbam: & quæcunque militibus nocere, & ad victoriam impedimento esse poterant: è castris eieeit. Purgato tandem exercitu, & ad pristinam militiæ disciplinam reuocato, locum intra vrbem amplum, muroque coniunctum nocte quadam aggressus est insidiis bifariam dispositis. Nam ex altera parte quibusdam ex suis præmissis ipse ex altera sine vllo strepitu, cum securibus, vectibus, scalis, ad xx. stadia maximo cum silentio processit. Sed perceptis ab iis, qui proximè in muro excubabant, insidiis, clamor ab iisdem statim editur: contra & ipse Scipio primus deinde omnis exercitus ipsus clamorem tollere cæpit: id ipsum cum vehementius præmissi ex altera parte etiam fecissent; maximus est iniectus Carthaginiensibus terror, noctu tot hostibus vndique tam repente exorientibus. Scipio interea quamuis nihil circa muros intentatum relinqueret; tamen haud quicquam proficere potuit. Erat fortè priuati cuiusdam turris extra vrbem derelicta, cuius altitudo mœnia æquabat; in hanc iuuenes intrepidi ascendere iussi, cum murum coniectis pilis propugnatoribus nudassent: à turri iactis in murum lignis, & asseribus, factoque ponte, in eum transierunt, ac Megara occupauerunt; portaque perfracta, & Scipione cum quatuor millibus recepto, adeo perterriti sunt non solum ii, qui in muris, & vrbe erant, sed ii etiam qui ei vallo præerant, quod post Mancini profectionem quinque stadia procul ab vrbe Pœni iecerant: vt relicto vallo, velut si reliqua vrbs capta esset, cum cæteris in Byrsam confugerint, locum totius vrbis munitissimum. At Scipio cum animaduertisset omnia intra Megara hortis, arbustis æstiuos fructus ferentibus, maceriis, sæpibus ex ruribs, & aliis spinis, riuis quoque flexuosis referta, veritus, ne inuium, ac difficile militibus esset, hostem persequi, cum præsertim vias ignorarent, noxque insidiis occasionem daret, progredi noluit. Asdrubal ægrè ferens irruptionem Scipionis in Megara, vbi illuxit, omnes Romanos

captiuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

captiuos, quos habuit, in murum, vnde à suis conspici possent, produxit: & eos aut oculis, aut lingua, aut neruis, aut pudendis crudelissimè mulctauit vncis ferreis ad id comparatis: aliorum etiam succidit plantas, aliorum amputauit digitos, aut pellem detraxit toto corpore, atque ita ad huc spirantes ex eo loco præcipitauit: vt Carthaginiensibus nulla spes pacis à Romanis impetrandæ relinqueretur, & exasperatis eo modo animis in solis armis salus omnis reponeretur. Scipio egressus è Megaris, die insequenti, vallum nocte superiori ab hostibus desertum succendit: & Isthmum, quo vniuerso potitus fuerat, fossa à mari ad mare ducta tria millia passuum longa muniuit, pugnantibus eodem tempore (iactu enim teli ab hostibus id operis impedire conantibus distabant) & fodientibus militibus. Hoc perfecto opere, alteram duxit fossam haud multum à priore distantem, longitudine parem contra externum hostem. Duas præterea transuersas his maximè similes addidit, vt quadrati formam vniuersum opus habere videretur. Has omnes sudibus acutis præmuniuit: atque post has perduxit alias fossas. ad eam verò fossam, quæ ad vrbem spectabat, murum eadem, qua erat fossa, longitudine, altitudine vero duodecim pedum crassitudine sex, extruxit, præter pinnas, atque turres, in muro per interualla excitatas. in medio turris erat altissima, cui tectum ligneum testudinatum impositum fuerat: vnde, quæ in vrbe fierent, videri poterant. Hæ omnes munitiones diebus viginti, totidemque noctibus perfectæ sunt à militibus vniuersis modò opus facientibus, modò pugnantibus & vix somnum, & cibum ad sustentandum corpus necessarium capientibus. Huc statim suas duxit copias, & eodem tempore castra suis militibus muniuit, & Carthaginienses obsidione premere cæpit; cum obiecta tam longa munitione, aditus in vrbem nullus cuiquam pateret, vt commeatus ex continenti comportari posset. Hinc Carthaginiensium fames, hinc omnium malorum causa orta est.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

29. Nam cum ex ciuibus ad ſeptuaginta hominum millia obſide rentur, & magna in vrbem (vt fieri ſolet) agreſtium multitudo confluxiſſet, nec quiſquam ferè propter obſidionem egredi, nec ingredi poſſet: quicquid comeatus ſummo cum periculo, ac difficultate aut terra ſupportaretur, aut mari, cum tranquillum erat, veheretur, cito conficiebatur: ex quo fames indies creſcebat. Erat Bithyas quidam, qui cum octingentis equitibus à Guluſſa ad Pœnos tranſierat, tum equitum Carthaginienſium præfectus: Hic iam pridem ad comeatus ſupportandos miſſus cum neque clam accedere auderet, neque ui Scipionis vallum traſcendere poſſet: comeatu in naues impoſito, ventum ex alto obſeruabat: quo vehementiore flante, naues illius onerariæ plenis velis, tanta celeritate in portum ferebantur: vt Romanæ triremes magnitudine, & pondere tardiores, eas neque poſſent aſſequi, neque impedire: quòd ſtarent propè vrbem nec continentes, atq; coniunctæ, nec frequentes, vt in mari importuoſo, & prærupto: nec accederent propius, id ſcopulis, quibus ea pars maris erat referta, & Pœnis, qui tum maxime in muro conſiſtere conſueuerant, prohibentibus. Erat tamen permodicum quicquid comeatus eo modo inuehebatur; & id ipſum Aſdrubal triginta millibus hominum, quos ad bellũ ſibi delegerat, cætera neglecta, & excluſa multitudine, ſuo arbitratu diſtribuebat. Quod cum Scipio animaduertiſſet, eo aditu portus, qui erat ab occidente, neque multum aberat à continente, hoſtes excludere ſtatuit. Aggerem itaque rectum iacere, ac ſtruere cœpit à Tænia, quæ inter ſtagnum, & mare ſita lingua appellabatur: progreſſus inde in pelagus eſt, & vſque eò, quà in eum portum ex alto inuehebatur. quem vt perfecit ſaxis ingentibus crebriſque firmauit, ne æſtu diſſolueretur. Huius aggeris pars ſuperior patebat in latitudinem quatuor, & viginti pedes, inferior autem ſex, & nonaginta. Carthaginienſes primum ridere, atque contemnere: vt qui arbitrarentur tantum opus in loco tam difficili aut perfici non poſſe, aut ad perficiendum longo temporis ſpatio opus eſſe: Deinde vbi

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

nec nocturna quidem tempora ad militum laborem intermitti viderunt: ac magno totius exercitus studio paucis diebus effectum, magnitudinem eius admirari cæperunt: admiratio tandem in magnum timorem est versa. Hoc enim opere portus vetus obstructus fuit. Itaque Carthaginienses, qui sæpè in eo bello quantum in rebus gerendis celeritate, cõsilio, sedulitate, ac vigilantia valerent ostenderant; eo tempore adeò tacitè, & occultè nouum alium sibi portum, adhibitis ad effodiendum mulieribus, & pueris, fecerunt: vt ne ex captiuis quidẽ Scipio quicquam certi cognoscere potuerit. affirmabant enim die, noctuque strepitum in portu exauditum, sed se eius causam ignorare. Tandem patefacto portu, atque satis ampla (quinquaginta fuisse triremes Appianus scribit, aliquot circuros, myoparones, aliaque minora nauigia) ex improuiso explicata classe, tantum terroris hostibus iniecerunt: vt si extemplo naualis pugna esset inita, eo die potuissent Romana classe potiri: cum negligenter Romani eam seruarent, omnibus sociis naualibus, ac remigibus ad oppugnationem intentis. Sed expugnari Carthaginem à Scipione, atque deleri necesse erat. Circumactis enim tantumodo nauibus ad ostentationem, & superbam insultationem sese in portum recepere. Triduo post è portu instructi, paratique ad nauale certamen egressi sunt. Romani contra classem instructam eduxerunt. Extemplo ingenti clamore hortantium inter se vtrinque sublato, pugna non mediocri certamine, nec parua dimicatione est inita. Nam ab vtraque parte neque remigum alacritas, neque gubernatorum scientia, neque militum virtus desiderata est: Cum illi in ea pugna patriæ salutem, hi verò victoriam consistere persuasum haberent. Cum autem fortissimè acerrimeque ad meridiem iam pugnatum esset: datis, acceptisque vtrinque multis, ac variis vulneribus, læuia quædam, & expedita Carthaginensium nauigia, cum celeritate, & pulsu remorum præstarent; subeuntes Romanorum naues longe maiores, incursu celeri, atque recursu gubernacula è puppibus earum euellebat: remosq; detergebant. Et iam diei hora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ad veſperam vergebat, cum Pœnis viſum eſt excedere pugna, non quòd eſſent inferiores, ſed vt rem in craſtinum differrent. Minora igitur illorum nauigia, fuga propinqua in portum capta, cum certatim ingredi conarentur, in portus faucibus ita implicata ſunt inter ſe propter multitudinẽ: vt maiores naues ſubſequentes portus introitu prohiberentur; & ad aggerem quendam confugere cogerentur; qui mercatoribus ante mœnia ad merces exponendas, atque exportandas multò ante ſatis amplus conſtructus fuerat: ibiq; loricula parua eo belli tempore facta, eo conſilio: ne hoſtes eum locum, vt amplum occuparent. Ad hunc igitur aggerem naues Carthaginienſium portus inopia confugere, atque proris in hoſtes conuerſis, conſtitere: & hoſtes acriter ingruentibus propulſare cœperunt, hi quidem ex ipſis nauibus, alii ab aggere, nonnulli etiam ab loricula. Romanis autem incurſus, & pugna cum nauibus hoſtium ſtantibus facilis erat, & expeditus: ſed receptus ad ſuos propter nauium multo longiorum, atque maiorum conuerſionem tardus, atque difficilis. Vnde fiebat, vt eadem ipſi incommoda paterentur, quibus hoſtes affeciſſent. Cum enim naues conuertãbant, à Pœnis tum maximẽ vrgentibus vexabantur. diu ita pugnatum eſt, vt in quam partem victoria inclinaret, diiudicari non poſſet: donec quinque Sidetum naues, quæ beneuolentiæ cauſa Scipionem ſequebantur, eiuſmodi pugnæ genus inierunt: anchoras ex ingenti interuallo in mare deiecerunt: harum funibus longiſsimis nauiũ puppibus alligatis, impreſsionem in hoſtes faciebant: & cõmiſſa pugna, retrocedebant, naues à puppibus funibus ipſis retrahentes: iterum magno impetu, pulſuque remorum in Pœnos ferebantur; rurſus eodem modo retro naues agebant id cum cæteri ex claſſe Scipionis animaduertiſſent: imitati Sidetum nauium pugnæ rationem, plurimum incommodi punicis nauibus intulerunt. Tandem, prælio nocte dirempto, quæ reliquæ fuerant, Carthaginienſium naues in portum penetrauerunt. Poſtera die, exorta luce Scipio aggerem aggreſſus eſt (erat enim locus ad portus infeſtandum op

portunus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

portunus) & illius loriculæ partem, admotis arietibus, aliisque machinis, deiecit. At Carthaginienſes quamuis & fame, & aliis multis, variisque malis premerentur: nocte tamen eruptione facta, non ii quidem terra, cum nullus pateret aditus, non nauibus, cum ibi mare vadoſum eſſet: ſed nudi cum facibus extinctis, ne longè conſpicerentur, mare ingreſsi ſunt. horum partim ſummis pectoribus extantes progrediebantur; partim natabant. qui vbi ad hoſtium machinas peruenere, & incenſis facibus conſpecti ſunt: atrox pugna commiſſa eſt. Pœni, quippe qui nudi erant, multa accipiebant vulnera: multaque viciſim ob ferocitatem, & audaciam hoſtibus inferebant. qui quamuis infixa ſagittarũ ſpicula, haſtarumque cuſpides in pectore, facieque geſtarent: tamen tanquam feræ in vulnera ruentes non ante finẽ pugnandi fecere quàm in opera Romanorum ignem intulere: ipſoſque perturbatos (ea enim re conſternatio atque tumultus tota caſtra occupauerat, taliſque formido, qualis nũquam antea) in fugam coniecerunt. Qua re Scipio vehemẽter commotus foras cum equitibus egreſſus eſt, & iis, caſtris obequitans iuſsit: vt ſuos, ni fugere deſiſterent, cæderent, ac vulnerarent: multi percuſsi, atque necati ſunt. vnde complures, neceſsitate cogente, in caſtra incolumes rediere. Carthaginienſes autem incenſis machinis in vrbem, qua venerãt, rediere. Scipio eorũ deſperationẽ veritus quod reliquum noctis fuit, cum ſuis omnibus in armis permanſit. At vbi illuxit, Carthaginienſes, nihil impediẽtibus nec quiequã molientibus Romanis ob incenſas machinas, murũ, qui pridie deiectus fuerat arietibus, refecerunt: turreſque, certo ſpacio interiecto, multas in eo excitauerunt. è regione quarũ Scipio, aliis interim fabricatis machinis, aggerẽ inſtituit: vnde ſui faces, & fictilia ſulphure, & pice refertaĩ hoſtiũ turres, ac munitiones coniiciebant. Cum autem flamma addacta nõnullas abſumpſiſſet turres, atq; ob eã cauſam Pœni ĩde fugam feciſſent Romani eos inſequi cœperunt: ſed cũ terra eſſet lubrica ob concretum ſanguinem, recentem, atq; multũ inuiti ab hoſtiũ fugientiũ inſectatione deſiſtere coacti ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Scipio, toto Pœnorũ aggere potitus, fossa eum circundedit muroque ex lateribus haud humiliore hostium muro, nec longo ab ipsis interuallo: vbi militum quatuor millia collocauit: vt contemptim sagittas, pilaque in hostes intorquerent. illi verò quoniam loci altitudine pares erant, eos ex aduerso constitutos telis incessere, & vulnerare non desinebant. Atque hæc eo æstate gesta sunt. Ineunte autem hyeme, cum plurimis circa fauere hostibus, & subsidia summitti Scipio cognouisset: quàm primum eos opprimere & quicquid virium, & sociorum Pœnis adhuc in Africa reliquum esset, id extinguere, & è medio tollere statuit. Quarè aliis ex suis aliò missis, ipse Nepherim contra Diogenem quendam, qui Asdrubalis adiutor erat, & illius tum reliquiis præerat (non enim multo ante Scipio Asdrubalis castra loco difficillimo sita cum exercitu deleuerat) per stagnum nauibus est profectus: cum iussisset C. Lælium terra eodem maturare. Eò vbi peruenit, duobus stadiis procul à Diogenis castra posuit. in quibus Gulussa relicto, qui Diogenem assiduè aggrederetur, nec vnquam quiescere sineret: ipse Carthaginem in castra reuersus est. vbi tamen assiduè non commorabatur: sed vltro, citroque nunc Carthagine Nepherim, nunc à Nepheri Carthaginem cuncta, quæ in vtrisque castris gerentur, diligentissimè explorans cursitabat. collapsa tandem parte valli Diogenis, quæ duabus turribus continebatur, Scipio illuc accessit: & mille delectis militibus in insidiis post Diogenem collocatis, tria item millia delectorum à fronte constituit: quibuscum ipse qua vallum ruina prociderat, ascendere cæpit, non milites vno agmine confertos ducens, sed partitè inter se ita constipatos: vt prioribus subsequentes impedimento essent, quominus si ab hoste vehementius vrgerentur, se se fugæ mandarent. Sublato à Romanis clamore, Libycisque omnibus in eos conuersis, & in id vnum intentis, ac in pugnam ruentibus, ii mille, qui post Diogenem in insidiis collocati fuerant, de improuiso, & præter Afrorum opinionem, vallum, vt illis imperatum fuerat, audacter inuaserunt: idque conuellere,

atque

atque transcendere cæperunt. Afri, re statim animaduersa, maiorem multò numerum hostium, quàm qui cernebatur, in castris esse rati in fugam sese coniiciunt. Gulussa ex altera parte cum suis Numidis, & elephantis impetum facit: plurimos fæda cæde conficit. Ad septuaginta hominum millia capta: ad quatuor millia fuga sibi salutem petiere. Hac parta victoria, Nepheris obsideri est cæpta. in qua obsidione per duos, & viginti dies, quibus expugnata est, & propter anni tempus, & in regione frigida (erat enim, vt supra dictũ est Nepheris in præcelso, & edito monte) res gerebatur, Scipio multa incommoda perpessus est. Sed ex eo die in spẽ capiendæ Carthaginis venisse videtur. Nam hac victoria commeatus copia, quæ hinc suppeditabatur, hostibus erepta fuit: Afriq́ue omni spoliati fiducia, quam in Diogenis exercitu habebant. Quo dẽto, cætera Libyæ loca Scipionis ducibus cum se dedissent: haud difficulter accepta fuere. & Carthaginienses rei frumentariæ inopia vehementer laborare, cum nihil ex Libya, quæ iam omnis in ditionem Romanorum venerat: nihil aliunde nauibus cum propter bellum, tum propter anni tempus importari posset. Romæ interea, quoniam erat illius anni exitus, Consules creantur Cn. Cornelius Lentulus. L. Mummius, qui postea Achaicus dictus est. Scipioni in annum imperium prorogatum est. Ineunte vere, Scipio Byrsam, & portum, qui Cothon dicebatur aggressus est: Asdrubal verò partem Cothonis, quæ erat quadrata, combussit, ea spe, vt eam quoque Scipio occupare conaretur. intentis igitur in id animo Carthaginiẽsibus, Lælius clam rotundam ipsius Cothonis portem inde auersam conscendit: atque sublato, vt in victoria fieri solet, clamore, Pœni perterriti sunt: Romani verò eos nihil prorsus curantes iam vndique in murum ascendere contendebant, lignis, machinis, asseribus, quo erat opus, admotis cum iam excubitores, atque propugnatores fame confecti fuissent, animisq́ue concidissent. At Scipio muro potitus, qui Cothonem cingebat, forum ei propinquum occupauit: & ibi quoniam iam vesperascebat, sub armis ea nocte

cum

cum ſuis omnibus conquieuit. Prima verò luce, cũ videret, Carthaginienſes eò rerum omnium inopiæ redactos: vt nec ſe, nec ſua diutius defendere poſſent: & eo die Carthaginẽ eſſe capiendam: de more patrio, veteriſque militaris diſciplinæ deos Carthaginienſes tutelares (cõſtat .n. apud antiquos omnes vrbes in alicuius dei fuiſſe tutela) euocare: & ipſam vrbem deuouere ſtatuit. Antiqui .n. aut aliter vrbes capi poſſe non credebant, aut etiam ſi poſſent, nefas eſſe exiſtimabant, deos habere captiuos. vnde & ipſi Romani, & deũ, in cuius tutela Roma erat, & ipſius vrbis latinũ nomen ignotum eſſe voluerunt. Hoc igitur carmine Scipio, antequam ad vrbem expugnãdam aggrederetur, omnibus ad id neceſſariis rebus comparatis, deos Carthaginis euocauit; Si deus, ſi dea eſt, cui populus, ciuitaſque Carthaginienſis eſt in tutela: teque maxime ille, qui vrbis huius, populiq; tutelam recepiſti, precor veneroque, veniamque à vobis peto, vt vos, populum, ciuitatemque Carthaginienſium deſeratis: loca, templa, ſacra, vrbemque eorum relinquatis, abſq; his abeatis: eiq; populo, ciuitatiq; metũ, formidinem, obliuionem iniiciatis proditiq; Romã ad me, meoſque veniatis: noſtraq; vobis loca, templa ſacra, vrbs acceptior, probatioq; ſit: mihi quoque, populoq; Romano, militibuſq; meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus, intelligamuſq;, ſi ita feceritis, voueo vobis templa, ludoſq; facturũ. in hæc cadẽ carminis verba hoſtias ĩmolauit, & ipſarum exta cõſuluit: quæ proſpera omnia portenderunt. Iam numinibus euocatis, extiſque conſultis, ſic vrbem deuouit. Dis pater, ſiue Ionis manes, ſiue quo alio nomine fas eſt nominare, vt omnes illam vrbem Carthaginẽ, exercitumque, quẽ ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore cõpleatis: quiq; aduerſus legiones, exercitumq; noſtrum arma, telaq; ferrent, vti vos eos exercitus, eos hoſtes, eoſq; homines, vrbes, agroſque eorũ, & qui in his locis, regionibuſque, agris, vrbibuſq; habitant, abducatis, lumine ſupero priuetis: exercitũq; hoſtiũ, vrbes, agroſq; eorum, quos me ſentio dicere, vti vos eas vrbes, agroſque, capita, ætateſq; eorum deuotas, conſecrataſq; habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maximè hoſtes

deuoti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

deuoti: eoſque ego vicarios pro me fide, magiſtratuque meo, & pro Pop. Rom. exercitibus, legionibuſque noſtris do, deuoueo: vt me, meamque fidem, imperiumque legiones, exercitumque noſtrum, qui in his rebus gerendis ſunt, bene ſaluos ſinatis eſſe. ſi hæc ita faxiſtis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligamque: tunc quiſquis votum hoc faxit, vbi faxit, recte factum eſto, ouibus atris tribus, Tellus mater, teque Iupiter obteſtor. Cum Tellurem dixit, manibus terram tetigit: cum Iouem manus ad cœlum ſuſtulit: cum votum recipere dixit, manibus pectus tetigit. His omnibus rite perfectis cum Polybio, & quatuor millibus delectorum armatorum, acriter propugnantibus hoſtibus, muro, portæque ſucceſsit; muro defenſoribus nudato, portaque ſubruta vrbem eſt ingreſſus. Milites autem fanum Apollinis, in quo erat ſtatua eius aurea, & ſacellum, quod aureis laminis mille talentorum pondo veſtiebatur, neglectis loci præfectis, expilauerunt: eamque gladiis diſciſſam prædam inter ſe partiti ad incœptum rediere. Scipioni interim Polybius ſuadere cœpit, vt in mare, quod in medio non adeò profundum erat, aut ferreos murices ſpargendos, aut tabulas plumbo refertas, clauiſque præfixas iniiciendas curaret: ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia Romana impetum facere poſſent: ridiculum eſſe, dixit, cum iam muros cœpiſſent, & eſſent intra mœnia, quærere, ne cũ hoſtibus pugnarent: nec eſſe eiuſdem, & capere hoſtes velle, & timere. Sed Byrſam quã primum aggredi ſtudebat, quòd is locus munitiſsimus totius vrbis erat: & eò plurimi confugerant. tres autem erant viæ, & hæ accliues, quæ à foro in eam ferebant: in his ædes erant vtrinque continentes, atque celſæ, vnde Pœni in Romanos tela coniiciebat. Scipio, impetu facto, proxima quæque ædificia occupauit: & ex his vim propulſabat eorum, qui ex proximis ædibus reſiſtebant: quibus ſuperatis, interuallis angiportuum trabes, & aſſeres imponebat, ac per eas, tanquã per pontes in oppoſitas domos irrumpebat. & hoc quidem certamen Romanis erat cum iis, qui ex tabulatis, lociſque ſuperioribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

superioribus pugnabant: alterum verò erat cum iis, qui in vicis; & angiportibus occurrebant. Et iam omnia gemitu, clamore, vlulatu, variisq; malis erant plena: cum alii cominus necarentur: quidam adhuc viui præcipites è locis superioribus in terram agerentur: nonnulli cadentes hastis erectis, aut spiculis, aut ensibus exciperentur. nullus tamen adhuc ignem tectis inferre ausus fuerat, ob Romanos, qui in ipsis erant. vbi verò ad Byrsam peruentum est, tum Scipio, vt facilius miles per vicos discurrere, & obuium quenque trucidare posset, tribus simul, atque eodem tempore vicis ignem inferri iussit; & ex incensis ædibus in alias assiduè coniici, incendiumque augeri. Hinc aliud oriebatur diuersorum malorum spectaculum: dum ignis omnia complectebatur, atque deiiciebat: & Romani verò non leuiter ædificia disturbabant, sed vniuersa, & continentia summis viribus æquare solo contendebant. ob id enim cum fragor, ac strepitus longè maior audiebatur: & vna cum lapidibus mortui frequentes, & viui in medium decidebant: tũ maximè senes, pueri, & mulierculæ, qui ob formidinem in intimos ædium secessus se se receperant, ibique latitabant, partim vulneribus affecti, partim semiustulati voces edebãt miserabiles. fuerunt etiam, qui, cum ex locis altissimis vnà cum saxis, lignis, ac igne præcipites caderent, multis, variisque modis discerpebantur, atque diuellebantur. Nec ad finiendas miserias hæc satis erant. Fabri enim, ruderumque purgatores securibus, dolabris, furcisque in loca vrbis depressa, foueasque promiscuè mortuos, viuosque congerebant, eos tanquam ligna, & saxa attrahentes, aut contis ferreo vnco præfixis versantes. Itaque hominum corporibus fossæ complebantur. ex iis autem, qui in eas præcipites dati fuerant, quidam, infossis capitibus, diutissimè tremebant: atque palpitabant cruribus extantibus. alii verò de fossis pedibus sub terra, capitibus eminebant: horum quidem ora, atque cerebrum equi, inuitis equitibus, sed festinantibus proterebant, & conculcabant: cum fabri etiam inuiti eos semisepultos reliquissent. Sed certaminis labor opinio victori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

victoriæ iam exploratæ militum celeritas, ac festinatio, præ cones simul & tibicines omnia sonitu, & clangoribus completes, Tribuni, atque Centuriones cum suis cohortibus, ac centuriis discurrentes ita affecerant omnes: vt lymphati, ac furentes viderentur, & oculis subiecta præ nimio ardore, ac festinatione contemnerent. Et iam sex dies in his consumpti fuerant, totidemque noctes, sed ita tamen, vt milites eiusmodi labores, ac munera iussu Scipionis inter se partiti fuerint: ne perpetua vigilia, assiduo labore, cædibus, rerumque terribilium, nec ante visarum aspectu dilassarentur, atque deficerent: cum Scipio, quod his rebus omnibus interfuisset, & instituisset: aut per vrbem discurrisset; diurnis, nocturnisque laboribus, vigiliis, ac inedia (eas enim sex noctes duxit in somnes, & cibum in ipsis tantum rebus agendis fortuitum sumpsit) defatigatus, ac penè confectus in edito consedit loco, vnde quæ adhuc gesta essent, quæque gerentur, contemplatus est. Sed cum adhuc multa excinderetur, & ea calamitas diu duratura videretur; septimo die nonnulli Carthaginienses infulis Aesculapii redimiti, & ramos oleæ, aliaque velamenta supplicum porrigentes ad Scipionem confugerunt: & eum multis, ac supplicibus verbis orauerunt: vt quos belli clades reliquos feciſſet, eos se dedere cupientes, & è Byrsa egredi, saluos, & incolumes esse vellet, seruireque permitteret. id Scipio, exceptis trâsfugis, non grauatè concesit. Quinquaginta millia virorũ promiscuè, ac mulierum statim exiisse scribit Appianus: quinquaginta L. Florus: Eutropius, & Paulus Orosius primum agmen mulierum satis miserabile vigintiquinque millium, posteà virorum triginta millium è Byrsa descendisse, memoriæ proditum fuisse, affirmant. Hæc omnis multitudo, quæ reliqua fuerat ex hominum septuaginta millia, quæ initio eius belli Carthagini fuit, in custodiam statim tradita fuit. omnes autem Romanorum transfugæ, qui ad non gẽti fuere, desperata salute, in Aesculapii templum vnà cum Asdrubale, & illius vxore, duobusque filiis confugere. ex quo, vt edito, & prærupto loco (huc enim per sexaginta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

gradus ascendebatur) facilè die, noctéque pugnabant, seque defendebant: tandem victi fame, vigilia, metu, & labore mali appropinquantis, relicto templo, in summam illius ædem, tectumq; se receperût. At interim Asdrubal, deserta vxore, & filiis, clam ad Scipionem cum ramis oleæ confugit illius fidem, & misericordiam implorans. Quem ille ad suos pedes sedere iussit, vt transfugis ostenderet. Qui vbi hominẽ conspexere, petito a Scipione, & impetrato silentio, multis cum, ac variis conuitiis onerauere, temploque incenso, in flammas sese præcipites dedere. Literis quoque proditũ est, Asdrubalis vxorem, cũ templũ incendio cõflagrare vidisset, exornasse sese, quantum misera ipsius conditio patiebatur, & duobus filiis ante suos pedes constituris, hæc clara voce Scipioni præsenti, & audienti dixisse. Nulli tibi sint irati dii, ò Romane, qui iure belli vteris. Sed dii Carthaginis vna tecũ de isto Asdrubale patriæ, templorũ, vxoris quoque, & filiorum proditore sumant debitas pœnas. Deinde in virum, à quo paucis ante diebus impetrare non potuerat, vt ad victorem Scipionem transfugeret, cõuersam exclamasse. ò impie, scelerate, perfideque, & omniũ effœminatissime, hic me quidem, meosque filios ignis absumet, atque sepeliet: tu verò quem exornabis triumphum dux magnæ Carthaginis? quas isti, cui nunc supplex assides, pœnas non dabis? Atque sic in maritum inuectam filios iugulasse, seque cum illis in ignẽ præcipitasse, & Reginam, quæ Carthaginem condidit, imitatam fuisse. Sic Asdrubalis vxorem eo genere mortis, quo ipsum oportuit, periisse ferunt. At Scipio, cũ vrbẽ intueretur, quæ per septingentos annos, ex quo cõdita fuerat, rebus omnibus floruisset: quæ tã latè fines imperii terra mariq; propagasset (orbem propè terrarum obtinuerat armis, & trecentas initio belli vrbes in Libya habebat) permultũ classe, maritimisque rebus valuisset: opibus armisque nullius priscorũ imperio inferior, audacia verò, & animi præsentia longè superior fuisset: demum omnibus spoliata subsidiis armisque per tres assiduè annos depugnasset, vimque hostium sustinuisset: fame, belloque profligatam ad extremum venisse,

excidium

excidium illachrymasse fertur. & apertè quidem misericordia hostium commotus flere videbatur: sed magna ex parte vir sapientissimus id patriæ causa faciebat. Nam à Platone, & à Philosophia didicerat, & hystoriæ, cuius benè peritus erat, testimoniis confirmauerat, naturales esse conuersiones quasdam, interitus, & occasum rerum publicarum, ciuitatum, nationum, magnorumque imperiorum: vt ea tum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando à singulis, tandem interirent, atque subuerterentur: Ilium opulentissimam olim ciuitatem anno trecentesimo postquam condita fuerat, euersam fuisse: Assyriorum, Medorum, ac Persarum imperia, cum ad summum peruenissent concidisse: Macedonum etiam, cuius euersoris & ipse filius erat, & simul spectator tanti fortunæ ludibrii fuerat, annos sexcentos quadraginta septem stetisse. Vnde aut dedita opera, aut casu Homericum illud protulisse aiunt.

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἰρή.
καὶ πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμελίω πριάμοιο.

Polibius, qui aderat, hac audita voce, satis liberè, & confidenter (erat enim illi studiorum comes, & præceptor, vt iam diximus) ex eo quæsiuit, quid nam eo carmine significare vellet. Romam sine vlla dissimulatione eum respondisse scriptum reliquit: de qua, humanis perpensis rebus, maximè animi pendebat, ac sollicitus erat. Sed euersa Carthagine, & iam incendio, quod ad decem, & septem dies durasse traditum est, penè extincto, Scipio exercitui permisit: vt per aliquot dies quicquid reliquum esset, diriperent, præter aurum, argentum, & insignes statuas, ac dona diis dicata. Ad hæc milites omnes, exceptis iis, qui Apollinis templum spoliauerant, multis præmiis honestauit. Nauim deinde cursu celerem spoliis hostium onustam, & exornatam cum C. Lælio Romam misit victoriæ nunciam. Præterea, cum diutissimè, sæpissimeq; vexatam à Carthaginiensibus Siciliam nouisset: Siculis literis accitis, vt ad sua recognoscenda venirent, domumque exportarent, quæ potuit, restituenda curauit: vt quos victoria populi Romani maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

mè lætari arbitraretur: apud eos monumenta ſuæ Populiq; Romani liberalitatis collocaret. Itaque Thermitanis ſigna ex ære complura reſtituit: in his mira pulchritudine erat Himera in muliebrem figuram, habitumque formata, ex oppidi nomine, & fluminis: Steſicori poëtæ ſtatua ſenilis, incurua, cum libro miro artificio facta: item Capella quædam ea quidem mirè, & ſcitè facta. Agrigentinis autem illum nobilem Taurum reddidit: quem crudeliſsimus omnium tyrannorum Phalaris habuiſſe dicitur: quò viuos ſupplicii cauſa demittere homines, & ſubiicere flammam ſolebat: quem Taurum Scipio cum redderet, dixiſſe dicitur: æquum eſſe illos cogitare, vtrum eſſet Siculis vtilius, ſuis ne ſeruire, an Populo Romano obtemperare: cum idem monumentum, & domeſticæ crudelitatis, & Romanorum manſuetudinis haberent. Etiam ſignum Apollinis pulcherrimum: in cuius femine literis minutis argenteis nomen Mironis erat inſcriptum. Redditum, & Dianæ ſimulachrum Segeſtanis ex ære ſingulari opera, artificioque factum, amplum, excelſum cum ſtola: veruntamen inerat in illa magnitudine ætas, atq; habitus virginalis: ſagittæ pendebant ex humero; dextra ardentem facem præferebat. Hoc Segeſtæ ſanè excelſa in baſi poſitũ, & in ea grandibus literis Scipionis nomen inciſum, idque Carthagine capta reſtituiſſe perſcriptum fuit. Tindaritanis autem ſignum Mercurii reſtitutum, pulcherrimè factum. Enguinis loricas, galeaſque æneas cælatas opere Corinthio: & Hidras grandes ſimili in genere, atque eadem arte perfectas: in quibus ſuum nomen inſcribendum curauit. Hæc & alia multa Siculis reddita plurimum ei beneuolentiæ conciliarunt: cum cernerent imperaroriæ maieſtati ſingularem adiunctam eſſe humanitatem, quam eandem in multos etiam alios Africæ, & Italiæ populos oſtendit. His peractis, ac præda, omnique captiuorum multitudine diuendita, exceptis paucis principibus, quos ad triumphum ſibi reſeruauit: exemplo L. Aemilii Pauli patris ludos fecit, exterarum gentium transfugas, atque fugitiuos feris beſtiis obiecit: omnis deinde generis arma, machinas, cum nauibus

inuti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

inutilibus cumulata in ingentem aceruum precatus Martẽ, Mineruam, Luamque Matrem, & cæteros deos, quibus ſpolia hoſtium dicare ius, faſque eſt: ipſe diſcintus more patrio, face ſubdita ſuccendit. deinde circunſtantes Tribuni idem fecere. Dum hæc in Africa geruntur, Romæ nauis, propè iam ſole occidente, in Tiberi conſpecta, nunciuſq; victoriæ lætitia, gaudioque omnia compleuerant. Nam, re cognita, vndique in vias exiluere, lætique inter ſe complexi ſimul ibi pernoctabant, quaſi tum primum liberati metu fuiſſent: tum primum vrbem ſtabilem, & firmam, & certã haberent: tum primum tutò aliis imperarent: ac eam tum victoriam eſſent conſecuti, qualem nunquam antea. Multa quidem à ſe præclara norant edita facinora, atque commemorabant: multa à patribus, ac maioribus contra Macædonas, Hiſpanos, & nuper contra Antiochum cognomine Magnum, multa etiam in ipſa Italia: ſed nullum aliud bellum tam ſuſpectum, ac formidabile nouerant ob hoſtium fortitudinem, prudentiam, atque audaciam, nullum denique ob perfidiam magis periculoſum fuiſſe affirmabant. commemorabant etiam, quæ incommoda accepiſſent à Carthaginenſibus in Sicilia, in Iberia, & in ipſa Italia per annos decem, & ſeptem, quibus ab Annibale quadringentæ vrbes incenſæ fuerant, trecenta hominum millia in acie tantum cæſa: hæc animo voluentes vix adduci poterant, vt de Pœnis partam fuiſſe victoriam crederent. Vnde rurſus alius, alium interrogabat, an verè Carthago fuiſſet euerſa: totãq; noctem in his leuibus ſermonibus conſumpſerunt: quomodo Pœnis arma fuerint adempta: quo modo illi præter omnium opinionem alia fabricati fuerint: quo etiam modo nauibus omnibus ſpoliati: claſſem tamen ſatis magnam ex veteri materia ædificaſſent: quo modo Romani portus exitum clauſiſſent, ipſi verò alia ex parte paucis diebus alterum perfodiſſent. plurimus etiam eſt habitus ſermo de murorum altitudine, de lapidum, quibus extructi fuerant, magnitudine, de ratione, qua machinis Romanorum ignem non ſemel intulerant. Poſtremò prælium, quod nouiſsimè com-

commissum fuerat, ei quasi interfuissent ipsi, animo concipie bant: imagines, gestus corporis conformabant: & Scipionem nunc in scalis, nunc in nauibus, in portis, in pugnis, omnia vbique strenui ducis munera obeuntem videre videbantur. Atque Romæ tota his sermonibus ea nox consumpta fuit. Postridie prima luce sacrificia diis immortalibus tributim facta, pompæque celebratæ. ludi preterea, & omnium generum spectacula edita fuere. Senatus interim decem legatos more maiorum (consueuerant enim Romani decem legatorum ex ordine Senatorio lectorum cõsilium dispensandæ, honestandæque victoriæ Imperatoribus post victoriam dare, qui tamen non essent ipsis sanguine coniuncti) in Africã misit: qui eam vnà cum Scipione ex vsu Reip. disponerẽt, atque cõstituerent. & siquid adhuc Carthaginis supereslet, id vt Scipio solo æquaret, & neminem ipsam habitare, & in primis Byrsam, & Megara permitterent. quæ ciuitates in eo bello Pœnos aliqua re iuuissent, earum vrbes euerterent: quæ Romanis auxilio fuissent, eas agris donarent in eo bello partis. Ac in primis Vticensibus datum est, quicquid erat agri Carthaginem, & Hipponem vsque ex altera parte. Reliquis imperatũ est, vt quotãnis tributa penderent pro agris corporibusque tam virorum, quàm mulierum: ac tandem ea Africæ pars, quæ Carthaginiensium fuerat, prouincia prætoria est facta. His ita compositis, Scipio æditis ludis, factisq; ritè sacrificiis, nequid ad perfectam vrbis euersionem, ac interitum prætermitteretur, Carthagini aratrum (vt enim in condendis vrbibus, vt essent, aratro designabantur. ita in euertendis, vt esse omninò desinerent, aratrum loco murorum imprimebatur) induxit: deinde ipsam tectis, mœnibusque nudatam siue ad notandam Carthaginiensium calamitatem, siue ad testificandam Romanorum victoriam, siue ad oblatam aliquam religionem ad æternam omnium memoriam consecrauit. Sed annis duobus, & viginti post Cn. Domitio, C. Faunio cos. Plebs, referente Rubrio quodam Tribuno plebis, sciuit: vt sex millia colonorum in Africam mitterentur, & Carthago restitueretur. id autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

muneris cũ sorte C. Graccho & ipso tũ Tribuno plebis obtigisset, in Africam transmisit. qui dum, aratro in solo dirutæ Carthaginis circunducto (mos enim erat in coloniis deducendis, vt ille, qui deduceret, aratrũ circunduceret) Carthaginem restituit, & Iunoniam appellat: permulta à Genio loci impedimenta feruntur oblata. Nam primũ signum vi venti rũ correptũ, eo vehemeter, qui id ferebat, adnitente, fractũ est: & imposita altaribus sacra sæuus turbo repentè exortus dissipauit; & extra terminos designatæ vrbis abiecit: ipsosq; præterea terminos, signaque fundamentorũ Lupi confuderunt; longèq; detulerunt. Gracchus tamen, rebus omnibus institutis, & ordine descriptis, septuagesimo die Romam rediit. Appianus scribit, Senatũ, his rebus auditis, Carthaginẽ restitui prohibuisse: Cæsarem deinde dictatorem in Africũ profectum contra Pompeianorum reliquias, castris in ipsa Carthagine positis, in somnis vidisse magnum exercitum appellantem se, flentemq; : eaque re permotum statim in libellum memoriæ causa cõparatum de condenda Carthagine retulisse: quo paulò post interfecto, Augustũ in eum libellũ casu incidisse: & cognita patris voluntate, alteram Carthaginem priori proximam, religiosissimè habita ratione cõsecrationis Scipionis, post annum centesimum, & alterum condidisse, eoque ad tria millia colonorũ misisse. sunt, qui dicant, eum loci opportunitatem secutũ, & memoria veteris cladis velut cõmotũ eam, quam dixi, condidisse. Sed hæc, quoquo modo refecta fuit, ab Adriano Imperatore optimè de ea merito Adrianopolis dicta fuit: & à Cõmodo Alexandria Cõmodiana. quibus tamen nominibus relictis, suum tandem retinuit: atq; ita opibus, & hominũ frequentia floruit: vt nulli vrbiũ Africæ cederet: donec Anno D XXIII. ex quo restituta fuerat: anno verò Christi CCCC XLIII. à Vãdalis, & à Genserico rege ipsorũ capta, ac penè diruta fuit. Qui deinde, Iustiniano imperante, à Belisario ipsius duce intra quatuor menses victi, & ex Africa, quam ad centum iam annos habuerant, pulsi fuerunt. Persæ, etiã Heraclio imperante sæpe in Africã erupere: & grauissimè Carthaginem afflixere.

Post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Post hos domum reuersos, Saraceni genus hominum sæuissimum, & Christiano nomini vehementer infensum, imperante eodem Heraclio, anno Domini DCVIII. ingenti vi hominum, ex illis suis Arabiis in Africam impetu facto, Carthaginem cum reliqua maritima regione occuparunt: & per multos annos tenuerunt: donec, nescio quo fato, & ea quoque euersa est, & adhuc ita iacet: vt vix parua quædam vestigia cernantur: adeò infra Lunam nihil est perpetui, nihil firmi, nihil, quod morti non debeatur. Sed Scipio, exercitu in naues impositio, Romam deuectus est. Vbi Cn. Cornelio Lentulo, L. Mumio cos. de Carthagine, & Asdrubale (ante enim currum ductus est) triumphum egit omniũ clarissimum auro, statuis, monumentisque plurimis refertum; quæ ex omni ferè terrarum orbe Carthaginienses tot continentibus victoriis Libyæ intulerant. in Capitolium cineres Carthaginis intulit: in ærarium argenti quater millies quadringenta, & septuaginta millia pondo inuexit. in quo tractando, & reliqua, præda adeò abstinentem se præbuit: vt euersa Carthagine non solum ipse nihilo locupletior sit factus, sed etiam neque seruum, neque libertum sumere quicquam permiserit, ac ne emere quidem; cum omnia diriperentur, multaque venalia circunferentur. præclarè enim secum actum existimabat: si ex tanta victoria alii diuitiis (milites enim locupletauerat) ipse verò gloria augeretur. Ex eo autem tempore ab Africa oppressa, & Carthagine euersa Africanus est vocitatus: quod tamen cognomen ab auo hæreditariũ habebat: & illi ad Pollucis statua inaurata equestris posita fuit.

Per hæc tempora, cum Viriathus, qui ex pastore venator, ex venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus vniuersam occupauerat Lusitaniam: & iam M. Vetilium prætorem, fuso, fugatoque eius exercitu, captum necauerat: à C. tamen Lælio, & Q. Fabio Maximo Aemiliano ita fractus, & comminutus fuerat: vt facile id bellum reliquis traderetur: Ser. Sulpicius Galba, & L. Aurelius consules

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

fules in Senatu contendere cæperunt: vter eorum in Hispaniam contra Viriathum mitteretur. cumque magna inter patres esset orta dissensio: omnibus, quæ esset Africani sententia, cupidè expectantibus, neutrũ, inquit, mitti placere: quòd alter nihil haberet, alteri esset nihil satis. qua sententia, vt neuter ad id bellum miteretur, obtinuit. L. Metello Caluo, Q. Fabio Maximo Seruiliano coss. cum iam dies comitiorũ instaret, censurã petiit. in qua petitione cõpetitores habuit Ap. Claudium, & L. Mumium, quorum Ap. optimi cuiusq; fauore, Africanus verò studio plebis plurimũ vtebatur. Africanũ igitur in forum descendentẽ hominibus minimè generosis, ac seruilibus stipatũ, & maximè turbulentis, qui ambitu, & vociferationibus omnia violẽter exequebãtur, vt Ap. cõspexit: magna voce, ò Aemili, inquit, non ne etiã apud inferos, siquis illhic nostrarũ rerum sensus est, indignaris: q̃ filium tuũ Manlius præco, & Licinius contentiosus ad censurã perducunt? idem cũ se iactaret, q̃ sine nomenclatore ciues omnes salutasset: Africanũ verò neminẽ ferè nosse diceret: eũ vera narrare, respondit Africanus: propterea quòd ipse semper operã dedisset: nõ vt multos nosceret: sed ne cuĩ esset ignotus: Laudari nomẽclatorem ex eo, quòd quã plurimos notos habeat: at egregiũ ducem ex eo maximè, quòd ob sua in rempublicã merita nulli suorũ ciuium sit ignotus. Iubebat præterea à cives à quibus ad exercitũ missus fuerat: vel legatos, vel Tribunos militũ, vtriusq; virtutis testes, ac iudices eos sumere: qui bello illi interfuissent: quod cũ Celtiberis gestũ erat. quo tamen cõpetitore deiecto, Censor cũ L. Mumio factus est. Huius ignauiam, & animi mollitiem bis notauit: semel in censura, cum pro Rostris, inquit, se omnia ex maiestate Reipublicæ gesturum, etiam si ciues dedissent sibi, vel non dedissent collegam: & iterum post censuram cum Tib. Claudio Asello Tribuno plebis, à quo ei dies apud paulum dicta fuerat: quod in censura Africanus equũ illi ademerat, & in ærarios retulerat: lustrum illud infelix (grauis enim pestilentia ciuitatem eo anno inuaserat) in ea oratione, quam pro se ad populum de multa habuit, obii-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

cienti, noli respondit, mirari. is enim qui te ex ærariis exemit (ea enim Asellus ignominia leuatus fuerat à Mummio) lustrum condidit, & taurum immolauit. de qua re illi etiam Lucilii ex vndecimo versus leguntur.

Scipiadæ magno improbus obiiciebat Asellus,
Lustrum, illo censore, malum, infelixque fuisse.

& illa in eadem oratione in Asellum ab eo sunt dicta. omnia mala, probra, flagitia, quæ homine faciunt, in duabus rebus sunt; malitia, atque nequitia: vtrum defendis, malitiam? an nequitiam, an vtrunque simul? si nequitiam defendere vis, licet. Sed tu in vno scorto maiorem pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicauisti. Si hoc ita est, qui spondet mille numùm? Sed tu plus tertia parte pecuniæ paternæ perdidisti, atque absumpsisti in flagitiis. Si hoc ita est, qui spondet mille nummûm? Non vis nequitiam? Agè, malitiam saltem defende. Sed tu verbis conceptis iurasti sciens sciente animo tuo. Si hoc ita est, qui spondet mille nummùm?

Verba etiam eiusdem ex oratione contra eundem quinta hæc extant. Vbi agros optimè cultos, & villas expolitissimas vidisset, in his regionibus excelsissimo locorum murum statuere aiebat: inde corrigere viam, aliis per vineas medias, aliis per roborarium, atque piscinam; aliis per villam. Hoc tempore quamuis Africanus esset reus: tamen neque barbam radi desiisse (ipse enim omnium primus radi quotidie instituit) neque candida vti veste: neque fuisse solito reorum cultu, memoriæ proditum est. Huius etiam Aselli sermonis vanitatē satis aliquando salsè notauit. Cum enim Asellus, vt bonus haberetur miles, omnes prouincias P.R. stipendia merentem se peragras se gloriaretur: Africanus ad illius nomen alludens: Agas, inquit, Asellum, cursum non docebitur. vel vt quibusdam placet. Agaso Asellum. Collegā verò Mummium, cum in dedicatione templi Herculis epulum splendidè, & opiparè apparasset, & omnes inuitasset amicos, præteriit. qua ex re posteà malè audisse legitur, credebatur enim id eum propter fastum, ac superbiam fecisse.

Inita

Inita censura habuit ad populum orationem de moribus. in qua illud præter cætera contra maiorum instituta fieri osten dit, & maximè reprehendit: vt is, qui fuisset adoptatus, ei, à quo adoptatus fuisset, inter præmia patrum prodesset: cum diceret, in alia tribu patrem, in alia filium suffragium ferre: filium adoptiuum tam procedere, quam si se natum habeat. Absenteis censeri iubere, vt ad census nemini necesse sit venire. Vt etiam magis ad maiorum mores hortaretur Populum, in eadem oratione duo quorundam censorum in notãdo seueriss. morum exempla protulit. Censor agebat de vxoribus solenne iusiurandum. Verba erant ita concepta: Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit: is locum esse sibi ioci dicendi ratus, cum ita, vti mos erat, Censor dixisset: & tu ex animi tui sententia vxorem habes? Habeo quidem, inquit, vxorem: sed non hercle ex animi tui sententia. Tum Censor eum, quòd intempestiuè lasciuisset, in ærarios retulit: causamque hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Alterum exemplum eiusdem seueritatis fuit: Deliberatum est de nota eius, qui ad Censorem ab amico aduocatus fuerat, & in iure stans, elarè nimis, ac sonorè oscitauit, atque inibi propè, vt plecteretur fuit: tanquam illud indicium vagi animi foret, & allucinantis, & fluxæ, atque apertæ securitatis. Sed cum ille deieraſſet, inuitissimum sese, ac repugnantẽ oscitatione victum, tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur: tum notæ iam destinatæ exemptus est. ex his omnibus Africani verbis colligi pósse puto, eum purissimè locutum fuisse. Hoc autem tempore C. Lælio consulatum petenti cũ suffragaretur: quæsiuit à Q. Pompeio Nepote, quo vterque familiariter vtebatur, an & ipse consulatum peteret: is cum id se facturum negasset, ac policitus esset, se Lælium deducturum, & pro illo ambiturum, credidit ille quidem: sed dũ illũ expectant, nunciatur in foro pro se ciues prehensare. quã quidem rem aliis ægrè ferentibus, Africanus ridens, inquit, stulti profectò sumus, qui tanquam non homines, sed deos si mus precaturi iamdiu tempus terimus tibicinem expectan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tes. Erat Pompeius homo nouus, & tibicinis filius putabatur. Huic Africanus amico semper tantum tribuit: vt P. Furio Filo, Sex. Attilo Serrano consulibus, cum petere consulatum haberet in animo, & audisset Q. Pompeium cæteris candidatis fauere: ipse à petitione destitit, dicens, eum sibi cõsulatum non tam gloriæ futurum fuisse, quàm molestiæ, ac veluti sine auspicio, si refragante Pompeio, consequeretur: consulatum differre maluit, quàm amicum à se alienare. Ob eam tamen causam Lælius ab amicitia Pompeii discessit. idem Scipio fecit Lælii nomine. à Q. etiam Metello est alienatus propter dissensionem, quæ erat in republica, vtrunque tamen egit grauiter auctoritate, & offensione animi non acerba: vt extincta potius quàm oppressa amicitia videretur. quod faciendum sæpè dicere solebat: cum aut morũ, aut studiorum aliqua commutatio inter amicos facta esset. Multos in ea censura notauit. Nam cum à quodam adolescẽtulo, cui ademerat equum, quòd in Carthaginis obsidione splendidè cænatus libum in vrbis similitudinem factum, cui Carthagini nomen indiderat: conuiuis diripiendum proposuerat: cuius rei causa id fecisset, interrogaretur: respondit, quoniã se prior Carthaginem diripuisset. Quendam etiam tribu mouit: qui cum esset L. Aemilii Pauli in Macedonia Centurio, & eo die, quo Perseus superatus est, prælio non interfuerat: cum autem custodiæ causa in castris remansisse diceret, causamque illius notæ quæreret: quòd non amaret nimium diligentes, respondit. Præterea in censu equitum cum C. Licinius Sacerdos prodiisset: clara voce, vt omnis concio audire posset, dixit, se scire illum verbis conceptis peieraſſe: si quis contradicere vellet: vsurum esse eum testimonio suo. Deinde cum contra nemo diceret, iussit equum traducere, & in lucro apponere censoriam notam: ne in illius persona accusatoris, testis, censoris, & iudicis partes egisset videretur. Itaque is, cuius arbitrio & P. Romanus, & exteræ gentes contentæ esse consueuerant: ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Inter comitiorum genera erant comitia tributa: cum ex regionibus vrbis

Locisque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Locisque tributim, vicatimque suffragium ferebatur: in his interesse tribus: & in suffragia ire per regiones consueuerant. Hanc vetustam suffragiorum ferendorum rationem Africanus, & Mummius tum mutasse, feruntur: vt regionatim suffragium ferretur pro generibus hominum, causisque, & quæstibus tribus describēdo. Anno V.C.D L X X I I I I. L. Manlio, Q. Fuluio Flacco coss. censores creati sunt, M. Aemilius Lepidus Pontifex Maximus, & M. Fuluius Nobilior. M. Fuluius præter cætera plurimi vsus Locauit pilas pontis in Tiberim, quibus pilis fornices Africanus, & Mūmius tum locarunt imponendos. cum Lustrum conderet, inque solito sacrificio scriba ex publicis tabulis solenni eius precationis carmine præiret: quo carmine Dii immortales, vt P. R. res melio res, ampliores que facerent, rogabātur: satis bonas, inquit, & amplas esse. Itaque se precari: vt eas perpetuò incolumnes seruarent. Intelligebat enim vir prudens propagationem Romani imperii finium tum fuisse expetendam: cum de iis, qui intra decimum lapidem erant, populis, agebantur triumphi: subiecta verò maiore totius orbis parte, vt nimis audi esse existimabat, latius eos propagatos velle: sic non mediocris felicitatis, si conseruarentur. à qua votorum verecundia cæteros deinde censores in condendis lustris nō discesserunt. Fuit hoc Africani, vel Mummii (Valerius Scipioni, Cicero Mummio tribuit) Lustrum L V I I. in quo censa sunt ciuium capita C C C C X X V I I I millia, C C C X L I I. Africano ob tam egregiè gestam censuram statua ad Opis apertè posita in excelso fuit. M. Aemilio Lepido, G. Hostilio Mancino coss. cū Senatus, Populusque Romanus publica iudicia exerceret: cumque maior Populi pars: id est, decem, & octo tribus (erant enim quinque, & triginta) reum vel damnarent, vel absoluerent: multi, propterea quòd id voce tantum fiebat, in plurimorum odium, & offensionem incurrebant: quorum vel propinqui, vel amici damnarentur, vel inimici absoluerentur: L. Cassius Longinus Tribunus plebis homo non liberalitate, sed ipsa tristitia, & seueritate popularis legem tabellariam tulit: vt op-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

nia publica iudicia, eccepto crimine perduellionis, & imminutæ maiestatis per tabellam ferrentur. Cui quidem legi M. Ancius Briso Tribunus plebis diu restitit, M. Lepido consule adiuuante; eaq; res Africano vituperationi fuit: quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Anno insequenti L. Furio Pilo, Sex. Atilio Serrano coss. senatus auctores secundi fœderis Numantini dedere Numantinis decreuerat: Africanus, qui eo tempore in Republica plurimum poterat: Ti. Graccho, qui eius fœderis auctor in primis fuerat, maximo adiumento fuisse, ne dederetur Numantinis, legitur: sed nihilo minus aduersus Africanũ querellæ iactabantur: quòd & C. Mancinum non seruasset: quòd illud fœdus iactum per hominem sibi & affinitate, & familiaritate coniunctum improbari passus esset. Huiusmodi autem querellæ, quoniam ab amicis, & studiosis Ti. proficiscebãtur, offensam quandam, & simultatem inter Ti. & Scipionẽ contraxerant; nihil tamen maioris momenti ea res habuit. Hoc etiam tempore, vel certè anno insequenti Ser. Fuluio Flacco, Q. Calpurnio Pisone coss. Senatus in Aegyptum, Syriam, Asiam, legatos mittere decreuit: qui sociorum res inspicerent: populorum, ac regum ipsorum mores obseruarent; deliguntur ad id Sp. Mummius, L. Mettellus, & P. Africanus, qui eius peregrinationis vnum omnino comitem Panætium, quem Posidonius secutus est, sibi asciuit, & seruos quinque. Dum igitur legati per socios, & exteras gentes iter faciebant: non municipia Scipionis ab iis numerarabantur: sed præclara, quæ in bello ediderat, facinora: nec quantum auri, & argenti, sed quantum amplitudinis pondus ferret æstimabatur. Postea verò quam Alexandriam peruenere, nauiq; egressi sunt, Africanum capite penula tecto procedentem Alexandrini vndique concurrentes rogabant: vt caput detegeret, & sibi id expotantibus faciem ostenderet. quod quidem cum facilè impetrassent: illum clamore, & plausu prosecuti sunt. sectabatur interim legatos omnia visentes Ptolæmeus Euergetes Alexandriæ rex; qui cum propter nimiam corporis obesitatem Romanos incedentes

dentes æquare non posset: Africanus voce summissa Panætio in aurem dixit: iam Alexandrini ex nostra peregrinatione voluptatis aliquid fructusque perceperunt. nostra enim causa factum est: vt regem suum pedibus euntem viderint. is enim delitiis, & abdomini prorsus insatiabili deditus adeò pinguis adeò crassus effectus fuerat: vt non homini, sed belluæ similis esset, & difficile inueniretur, qui illum medium complecteretur, ob eamque causam cum pedibus ire non posset, equo vehi necesse esset. Vnus autem in ea peregrinatione ex suis seruis excessit è vita: ipse, quoniam alterum emere nolebat, Romæ sibi mittendum per literas curauit, qui in mortui locum succederet. Romam, hac obita legatione nobili cum rediisset: totam ciuitatem belli numantini metu suspensam, atque solicitam offendit. Multi iam erant anni, cum Romani bellum gerebant cum Celtiberis, vt cum inimicis, in quibus erant Numantini. erat Numantia (quæ nunc Soria nostra lingua dicitur) Hispaniæ Citerioris vrbs in Vracis: qui Celtiberiæ partem incolunt, quæ ad Carpetanos, & Tagi fontes pertinent, accliui sita tumulo, ad cuius radices Durias (nunc Duero) Flumen labitur, denssissimis circundata syluis non muris, non turribus munita patens in circuitu tria millia passuum. bellum igitur Numantinis huiusmodi vrbem tenentibus Cn. Cæpione, Q. Pompeio coss. est illatum: quòd Segidenses socios, & consanguineos suos illos Po. Ro. hostes in vrbe, tectaq; sua recepissent: quod iussi arma deponere, parere noluissent. quod quidem bellū, paruis admodū copiis (ad decem hominū millia inarmis ab initio, Megara viro fortissimo duce habuisse feruntur) tanta virtute iam per septem annos sustinuerāt: vt sæpe Roma nos duces fuderint, fugarintque: ac præter cæteros primū Q. Pompeium, deinde C. Hostilium Mancinū ēd deductos: vt deleri facilè potuissent, ad fœdus secum, quibus voluerunt, conditionibus faciendum compellere maluerunt non sine summa P.R. ignominia. Quæ duo turpia fœdera cum Senatus, Populusq; Romanus cōprobare, ac rata esse noluisset: vt quæ nō ex auctoritate, & iussu suo icta essent:

Soria Lucato.

Mancinum

Mancinum ob eam rem sibi deditum accipere noluerunt: Quare censentibus cunctis, tã turpem eo bello ducũ vitio, & militum corruptorum susceptam maculam esse delendã: Africano, qui in quæstoriis comitiis suffragator Q. Fabii Maximi fratris filii in campum descenderat: vltro à Senatu, populoque Romano consulatus delatus est: legeque ea annali solutus, qua cautum erat, nequis iterum Consul fieret, atq; prouincia extra sortem data anno ætatis eius quinquagesimo primo, tertio decimo à priore consulatu. Collegam habuit C. Fuluium Flaccum. Quo quidem tempore, cum, & ipse maturaret Numantiam copias educere: & multi maximè desiderarent, cum eo ad id bellum proficisci, ac certatim nomina darent: id tantum abest: vt Senatus, quòd ex ea re Italia quasi esset futura deserta, fieri passus sit: vt prohibuerit etiam ex ærario summi pecuniam ad bellum paratam: & vectigales pecunias, quarum nondum tempus aderat, ei assignari voluerit. Ipse verò de pecunia negata nullum verbum fecit: quòd suam, & amicorum suorum satis futuram diceret: sed nonnihil de militibus impeditis conquestus est: quòd bellum esset difficillimum. quod ex eo colligi posse dicebat: quòd & sibi pugnandum esset cum eiusmodi hostibus, qui solis quatuor millibus hominem ad quadraginta Romanorum millia profligassent: & quòd in eo bello contra huiusmodi hostes eorum militum opera esset adhibenda: qui propter nimiam licentiam, atque luxuriam ignauissimi essent facti, ac toties victi. Appianus tamen scribit, nullum ex iam conscriptis militibus Scipionem in Hispaniam duxisse: sed nonnullos voluntarios à Ciuitatibus & regibus amicis missos, Clientes præterea à Roma, & quingentos amicos eduxisse: eosque in turmam conscriptos eam Philonilem appellasse, id est, turmam, vel cohortem amicorum: & omnes, qui erant ad quatuor millia, Fratri Fabio Buteoni ducendos eò tradidisse: ipsum verò cum paucis in Hispaniam ad exercitum ire contendisse. Vbi igitur in castra venit: nihil sibi potius faciendũ existimauit, quàm vt corruptos nimia licentia milites, ac superstitione imbutos

ad

ad germanam militiæ disciplinam reuocaret: quòd sciret, se non posse hostes superare: nisi administrationis suæ integritate, & temperantia suos milites edomaret, atque refrenaret. Itaque primum omnium duo scortorum millia, omnes lenones, omnes mercatores, omnes vates, diuinos, Hariolos: quos sæpè milites crebris offensionibus timidi effecti, consulere consueuerant, & cocos è castris eiecit; inque ea nequid non necessarium importaretur, edixit: lixarum, calonumque numerum admodum exiguum esse voluit: ea quoque sacrificia, quibus per exta exquiruntur, ne fierent, interdixit. vasa item omnia, & instrumenta coquinaria, preter ollam, veruculum, & fictile poculum, argenteum quoque non maius duobus libris: efferri iussit. Iumenta omnia bestie da soma. clitellaria, exceptis paucis necessariis, ne exonerarent militem, vt venderentur, imperauit. Milites vehi asinis, aut mulis vetuit: cum diceret, non multum ab eo homine in bello expectandum esse, qui pedibus ire non posset. in balneis lauari prohibuit: atque vnumquemque eorum, qui se vngerent, ipsum se fricare, iussit. Nam iumenta manus non habentia, à quo fricentur, indigere, dicebat: stantes non coctum opsonium prandere coegit: discumbentes verò panem vel pultem, & carnem tostam, aut elixam, vt cenarent edixit. item nequis culcitram haberet: ipseque primus culcitra fœno farcta vsus est. ad hæc triginta dierum frumentum, septenosque vallos ferrè cogebat. ægrè propter onus incedenti dicebat: cum gladio te vallare scies, vallum ferre desinito. Sublato autem vallo cum quidam se premi diceret: meritò, inquit, huic enim ligno magis, quàm gladio fidis. ipse autem nigro circundatus sago circumibit, luegere se, turpitudinem exercitus dictitans. Cum Memmii cuiusdam Tribuni militum iumenta gemmatas ad refrigerandum pelues, & patinas thericlias portantia deprehendisset: mihi, inquit, & patriæ dies triginta, tibi verò per totam vitam; cum talis sis, te ipsum inutilem reddidisti. Alius autem cum scutũ pulcherrimè ornatum ostentaret: scutum quidem ò adolescens, inquit, pulchrum: sed Romanum virum magis in de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

xtra, quàm in sinistra decet spem habere. Cuidam nimis ap tè scutum gestanti, eum scutum amplius iusto ferre, iussit: ne que id se reprehendere dixit: quoniam melius scuto, quàm gladio vteretur. Si quem militem extra ordinem deprehendisset, si Romanus esset, virgis, si externus, virgis cæcidit. Atque hunc in modum milites ad continentiam, atque temperantiam reuocatos, vt se pariter reuererentur, atque timerent, paulatim assuefaciebat. Etenim se se difficiliorem præbebat in iis audiendis, illisque rebus, quas peterent, concedendis. Sæpe numero illud in ore habebat: ducum facilitatem, indulgentiam, & affabilitatem hostibus vtilitatem, afferre: apud verò suos milites contemptu laborare. Qui verò se duriores, ac seueriores ostenderent: eos milites obsequentes, & ad omnia paratos habere. Et quanquam in vitiis exercitus corrigendis tanta diligentia vsus fuerat: tamen non ante milites in aciem educere statuit: quàm in multis, ac variis laboribus eos exercuisset hoc modo. Quotidie milites huc, & illuc per vicinos campos ducebat: & castra alia, post alia facienda cogebat. quibus dejectis, milites ad opus reuocabat: fossas altissimè fodiendas rursumque replendas, muros præaltos erigendos, ac dejiciendos curabat: & ipse ab aurora ad noctem vsque fabris vrgendis præsens astabat. Numquam, nisi agmine quadrato iter faciebat: ne qua repentina incursione, atque impetu hostium exercitus (id quod antea sæpe factum fuerat) funderetur, atque fugaretur: nec quenquam de loco sibi in acie assignato decedere patiebatur. obequitabat exercitui: interdum ad nouissimum agmen veniebat: ægros equis equitum vehi iubebat: si qua iumenta nimium onusta videbat: eorũ onera alleuanda curabat: & quod detractum fuerat, id inter pedites ferrendum partiebatur, Cum verò æstiuis se continebat: turmas equitum, quæ interdiù ad speculandum mittebantur, redeuntes extra nullum expectare iubebat: donec alia equitum turma circum omnia perlustrasset. Labores operum iustis partibus æquabat, ac inter operarios distributos, & ordinatos habebat: vt essent, qui vallum, qui fossas

facerent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

facerent, qui muros extruerent, quique tabernacula ponerent: horum singulis ad ea munera obeunda certum tempus fuerat assignatum. Reuocatis tandem sine acerbitate, & exercitatione magis, quàm pœna militibus ad germanam militiæ disciplinam, vt iam feroces, obsequentes, ac laborũ patientes esse viderentur propius Numantiam accessit: ita tamen, vt nec loca admodũ munita castris ponendis caperet: nec suas diuideret copias: ne, si quid incõmodi initio statim acceptum fuisset, ab hostibus contemneretur, à quibus iam irrideri consueuerat. Nec ipsos aggrediebatur adhuc genus belli, & opportunitatem, viresque Numantinorum circũspiciens, quò conuerterentur, atque incumberent, omnia, quæ post exercitum erant, vastabat: segeres adhuc virides metebat: quæ quidẽ vbi vastata fuerant, vlterius progredi oportebat. Via, quæ Numantiam, & in planitiem ferebat, breuis erat: multique, vt ea exercitũ duceret, hortabantur. quibus ille dicebat, ego reditum timeo, cum hostes nunc sint expediti, & erumpant ex vrbe, & in vrbem redire possint: nostri verò onusti redeant tanquam à frumentatione, ac de fessi iumenta, & plaustra agãt sarcinasque ferant. vnde difficilè prorsus, ac dispar esset nobis cum illis certamen. Victi enim magno in periculo versaremur: victores neque facimus egregium neque quæstuosum faceremus: Stultum igitur esset, ob rem leuem sese in periculum coiicere: is enim non est bonus Imperator, qui nulla proposita vtilitate, pugnat: is verò fortis, ac prudẽs qui tum pugnæ periculum subit, cum necessitas cogit. similitudinem quoq; à medicis ducebat: qui non ante ad secandum, & vrendum aggrediuntur quã loco affecto medicamenta adhibuerint. Hæc locutus Tribunis, vt copias per longiorem viam ducerent, vsque in Vaceorũ fines, imperauit: vnde Numantini commeatum sibi parabant. Hic quoq; vastatis agris, frumentoq; tãto, quantũ exercitui satis esse putauit, collecto, reliqua in aceruos cõgesta igne absumpsit. Cũ multi Pallantini ex insidiis, in quibus sub collibus Coplanii collocari consueuerant, Romanos frumentatores aggrederentur, atque perturbarent: Scipio Rutilium Ru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

sum Tribunum cum quatuor equitum turmis eò misit ad cõ primendas eorum excursiones. Qui cum hostes fugientes nimis audacter vsque in suminum collem secutus esset: pate factis insidiis, suis equitibus imperauit, ne vlterius hostes persequerentur, aut inuaderent, sed hastis a se tantum depellerent. Scipio cum interea animaduertisset, Rufum, id quod veritus erat, vlterius in colles, quàm ei mandatum fuerat, progressum: ex templò cum reliquis copiis eo contendit. cumque ad insidiarum locum veniset, in duas partes equites diuisit, & vtrique ipsorum parti imperauit: vt vicissim irruerent in hostes, iactisque telis omnes statim retrocederent, non in eundem locum, sed pedetentim semper cederent: donec cum iis copiis, quæ eis erant à tergo, coniungerentur. Atque hoc modo equites incolumes in campos reduxit. non multò post, cum Scipio castra mouere, & inde discedere vellet: fluuius transitu difficilis, & limosus intererat: propter quem hostes sese abdiderãt. Qua re cognita, Scipio, relicto eo itinere, per aliam longiorem viam, sed ab insidiis tutam exercitum duxit, idque noctu propter sitim, & puteos effodiens. in quorum pleriq; aqua inueniebatur amara. Vnde factum est, vt milites ægrè illud iter confecerint: & equorum, & mulorum aliquot siti perierint. Inde per fines Cauceorum iter faciens quibus nuper L. Lucullus contra fœdera bellum intulerat, per præconẽ cum edixisset: vt liberè domum quisque ad res suas rediret: in fines Numantinorum, ibi vt hybernaret, processit. ibiq; tandiu se continuit, donec Iugurta ad eum ex Africa venit.

Erat Iugurta Manastabilis filius ex concubina, qui tum cũ duodecim Elephantis, & Sagittariis benè armatis, & fundi toribus missus est à Micipsa Masanissæ filio, qui tum, Manastabale, & Gulussa fratribus morbo absumptis Regnum Numidiæ obtinebat. Hic vbi in castra peruenit, & vt, erat impigro, atque acri ingenio, naturam Scipionis, & morem hostium cognouit: multo labore, multaque cura, præterea modestissimè parendo, & sæpè obuiam eundo periculis in tantam claritatem breui peruenit: vt Romanis vehementer

charus

charus, Numantinis maximo terrori esset: ac sanè, quod difficillimum in primis est, & prælio strenuus erat, & bonus consilio. quorum alterum ex prouidentia, timorem, alterum ex audacia temeritatem plerunque afferre solet. Quarè Scipio omnes ferè res asperas per Iugurtam agere, & in amicis habere, magis, magisque in dies complecti. quippe cuius neque consilium, neque inceptum vllum frustra erat. Romæ interim comitiis habitis Consules creantur. P. Mucius Scævola, L. Calphurnius Piso, Scipioni Imperium prorogatum est. Qui accepto eiusmodi belli Socio, agros vastare, locaque vicina depredari cæpit. in quo dum est occupatus propè pagum quendam in hostium insidias incidit, in loco prærupto ex altera parte ipsius pagi collocatas. nam cũ pars suarum capiatum pago diripienda esset intenta, foris signis relictis, paucos equites, qui pagum circumequitabãt ii, qui erant in insidiis, adorti sunt. qui dum se defendunt, & Scipio ad signa consistens tubicem suos euocare iubet, mille equites eò adferendum auxilium suis aduolant. & cũ iam è pago maior pars exercitus erupisset, hostes in fugam vertit; quos tamen non est persecutus, sed intra munitiones, paucis vtrinque cæsis, se recepit. Non multo post cum bina castra ad Numantiam posuisset: & vnis Fabium fratrem suum præfecisset, alteris ipse præesset: cum hostibus acie confligere statuit. Itaque suos in aciem eduxit, delectis sagittariis, & funditoribus per centurias omnes distributis. Neque Numantini detractauere pugnam, cum nihil aliud quam pugnare cuperent. qua commissa, Romani Numantinorum vi, atque impetu oppressi terga vertere cæperunt. Id Africanus cum animaduertisset, vociferari, quo fugerent? quàue in fuga spem haberent? obsistere cedentibus, ac reuocare penè fusos, minisque terrere. quibus permoti milites tanta virtute in hostes rediere: vt, quos antea fugiebãt, eos paulo post fuga in vrbem se recipere coëgerint. Qua victoria, & si Africanus lætatus est: tamen non esse amplius cum iis prælio decertandum confirmauit: sed vrbem potius operibus, munitionibusque sepiendam, & hostes obsidione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ne premendos: id quod postea diligenter seruauit. Quamuis enim Numantini in campos exeuntes pugnandi copiam, sæpè facerent, & Romanos ad pugnam inuitarent: Scipio tamen eos contemnebat; quippè qui vtilius esse putabat, hostes edomare, fameque ad diditiorem compellere; quàm cum iis pugnare, qui de rebus suis desperassent: atque sæpè dicebat, se tempore securitatem emere velle: bonum enim Imperatorem, vt Medicum vltima vti per ferrum curatione. Atque addebat (quod supra attigimus) se ex patre Paulo sæpè audisse: optimo Imperatori non esse collatis signis decertandũ, nisi summa necessitudo, aut sũma occasio data esset. Numantinos tamen per occasionem inuadens sæpè in fugam vertit. Hoc tempore magnificentissima munera ab Antiocho Syriæ rege sunt missa: quæ, cum cælatæ regum munera alii Imperatores consueuissent, ipse pro tribunali accepit: & ea Quæstorem in publicas tabulas referre iussit: atq; viris se fortibus ex iis munera daturum, pollicitus est. Cum stomacharetur cum C. Cæcilio Metello Caprario, dixisse fertur: si quintum pareret mater eius, Asinum fuisse parituram. erat enim ex quatuor Q. Metelli Macedonici filiis natu minimus, & à moribus caprarius dictus. Cum post cænã aliquando sermo de Imperatoribus, haberetur: & quidam ex insignioribus, qui aderant, siue ioco, siue serio Africanũ interrogaret, quem post se ducem P. R. habiturum arbitraretur? Africanus, leuiter percusso C. Marii humero, hunc, inquit, fortasse habebit. tam facilè ille ex indole, aut aliquo specimine virtutis futura præuidere poterat. nam septimũ postea Marius consulatum est consecutus. At Scipio cũ hostes grauiori premere obsidione, & vrbem vallo, fossa, muro, & aggere circundare statuisset: literas ad socios misit, quibus descripsit, quos mittere eos oporteret. qui vbi venerunt, & hos, & suos in plures partes diuisit: ac Tribunis, & Centurionibus negotium dedit, vt vrbem fossis, valloque cingerent, præmonitos vt, si ab hostibus impedirentur, signũ efferrent, interdiu purpureũ quidem velũ, noctu verò ignẽ: vt & ipse, & Maximus frater opem cõ ferre possent. Hæc vbi per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

perfecta, & eos, qui ibi collocati fuerant, vt operas ab hostibus defenderent, idoneos esse vidit: alteram fossam post illã ducendã: & circa eam stipites quosdã figendos: & apud hos nouum murum construendũ: & in muro, qui in latitudinẽ quinque pedes, in altitudinem decem patebat, turres iugeri interuallo distantes excitandas curauit. stagnũ mœnibus adiacebat: id cũ muro complecti nequiret: aggere muro, & latitudine, & altitudine pari circundedit: eumq; pro muro esse voluit. Durias, qui (vt supra dictum est) propter Numãtiã fluebat, Numantinis erat admodum vtilis, & opportunus cum ad cõmeatus in vrbem importandos, tum ad viros ex vrbe emittendos, qui aut nantes sub aquis exibant, aut etiam remis secundo flumine vehebantur. Sed cum in eo propter latitudinem, altitudinem, & rapiditatem pons fieri non posset: pro ponte duo castella in vtraque fluminis ripa extruenda curauit: atque inter vtrunque quasdam longas per fluminis latitudinem suspendit trabes, easque in aquam demisit, refertas infixis gladiorum mucronibus, aliisque acutis ferramentis: quæ perpetuo aquæ cursu volutantibus se trabibus, erant impedimento, quominus quisquam aut nauigando, aut sub aquis natando illac transire posset. quod Scipio consequi maximè cupiebat: videbat enim futurum, vt, si nemo in vrbem penetraret, & quæ foris agerentur, renunciaret, & cõmeatu, & consilio destituerentur. His ita constitutis machinas in turribus collocauit, tormentaque ad iacula, & saxa contorquenda: muros quoque saxis, & iaculis muniuit, & castella funditorum, & sagittariorũ custodia firmauit. In tota præterea munitione nuncios crebros constituit, qui & noctu, & interdiu alii ab aliis sermonem exciperent, & quæ fierent ea se docerẽt: iis verò, qui erant in turribus imperauit: vt si quid fieret, ex prima turri laboranti signum proferrent: & id ipsum reliquæ omnes erigerent, cum primam id extulisse conspexissent: vt hostium quidem motum quamprimum ex signo cognoscerent, & de eo, quod certum, & exploratum esset, certior per nuncios fieret. suum etiam exercitum, qui vnà cum prouincialibus auxiliis

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ad sexaginta hominum millia continebat, in duas distribuit partes: quarum alteram ad muri custodiam constituit: altera ad res necessarias, si fortè aliquò contendendum esset, vtebatur. ad hoc viginti millia ad confligendum, si vsus esset, parata esse voluit: ac totidem ad iis opem, si opus esset ferendâ instituta habebat. suus cuique locus attributus erat, quem iniussu Imperatoris nulli deserere liceret. Ita quisque sese ad assignatum locum, & ad signum, quod efferebatur, si quando hostes erupissent, recipiebat. tanta diligentia, tâ toque ordine Scipio omnia disposuerat. Romæ interim Ti. Graccus Africani propinquus propter turbulentissimum tribunatum (agrarias enim leges ferebat) ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus accesserat: ab ipsa Republica, duce P. Cornelio Scipione Nasica cognomento Serapione eius consobrino interfectus est. Cuius audita cæde, illud Homeri carmen Africanus pronunciauit.

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅστις τοιαῦτα γε ῥέξειε.
At simili intereant, audentqui Italia fato.

Qua quidem re parum abfuit, quin omnem populi Romani gratiam effunderet: qua vsque ad eum diem plurimum apud illum valuerat. Numantini verò cum fæpè in stationes Romanas modò ab hac modo ab illa parte impetum facerẽt, illicò perterrebantur tum formidabili eorum aspectu, qui tanta cum celeritate ad auxilium iis ferendum aduocabant: tum multitudine vexillorum, quæ ad signum dandum è turribus proferebantur: tum nunciorum passim currentium: tum etiam ab iis, qui vallum, & murum defendebant, & momento temporis in pugnam prodibant: tum denique tubarum sonitu, quæ classicum canebant: atque ita, vt totus ille munitionum ambitus, qui ferè stadia quinquaginta patebat, statim terrore compleretur. quem quidem ambitum Africanus singulis tum diebus; tum noctibus, vt inuiseret, circumequitabat. Quosdam aliquando è Numantinis, qui pabulatum exierant, interfici vetuit, quod citius eos frumẽtum, quod haberent, absumpturos diceret, si plures essent. quos tamen cum eo modo septos teneret, haud diu obsidio

nc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

nem pati posse putabat. cum nec commeatu, nec viris, nec armis ab vllo mortalium iuuari possent. Rhetogenes autem vir Numantinus cognomento Caraunius Numantinorũ virtute præstantissimus cũ amicis quinque, totidemq; & seruis & equis nocte quadam obscura, & nubilosa, præteriit, non sentientibus hostibus, id spatii, quod erat inter vrbem, & munitiones, ferens scalam compactilem, eaque de improuiso custodibus oppressis, intra munitiones prosiluit, & ipse, & amici: seruisque in vrbem remissis, iis equis, quas per scalam ad id factam eduxerant, ad Areuacorum vrbes contenderunt: & ramos oleæ, & alia supplicum velamenta porrigentes orabant: vt Numantinis ipsorum consanguineis opẽ ferrent: quorum quidem oratione tantum abest, vt Areuaci commoti sint: vt etiam nonnulli ipsorum à Romanis meduentes, eos inde abire iusserint. Lucia potens ciuitas à Numantia triginta septem milia, & quingentos passus aberat. Huius ciuitatis iuuentus cum rebus Numantinorum maximè studerent: & ciuitatem ad societatem cum ipsis ineundã induceret: maiores natu Africanum ea de re clam certiorẽ fecerunt. Qui octaua noctis hora re cognita, cum expeditis militibus, iter statim ingressus est: primaque luce vrbe Lucia exercitu circundata, petit iuuentutis principes: quos cum dicerent ex oppido sese eiecisse, per præconem iis denũciauit, se vrbem direpturum, ni homines sibi traderent. Quare illi perterriti ad quadringentos iuuenes adduxerunt quibus cum manus præcidisset: statim cum suis omnibus illinc discessit: atque agmine citato, postridie primo diluculo in castra peruenit. Numantini fame iam enecti quinque legatos ad Scipionem miserunt scisscitatum: an, si sese dederent, esset in se clementia vsurus, & mediocri pœna contentus futurus. Sed Auarus legatorum princeps, quippe, qui adhuc etiam elato erat animo, adeò Numantinorum propositũ, ac virtutem laudibus extulit: vt diceret, ô Scipio æquissimum erit, situ vir generosus, tantaque virtute præditus, populo tam generoso peperceris, easque nobis pœnas proposueris, quas ferre possimus. nos fortunæ comutationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

nuper ſenſimus, patriæque ſalutem non iam in noſtra pote ſtate, ſed in tua eſſe cognouimus. in deditionem igitur acci pe ciuitatem noſtram moderatis ſuppliciis contentus: aut, ſi nos contemnis, eam perire, ac dirui propugnando te ſpe res eſſe viſurum. Scipio cum ex captiuis, quid in vrbe fie ret, cognouiſſet: reſpondit, velle, ſe, ac ſua, vrbemque ſi mul cum armis fidei, poteſtatique ſuæ liberè committerēt. Quæ cum Numantini audiuiſſent, vt qui etiam eiuſmodi reſponſum Scipionem daturum exiſtimauerant, ira ex ni mio libertatis amore incenſi, quòd nunquam cuiquam ſer uire conſueuiſſent: tunc verò multo magis ob tantam cala mitatem efferati, & in furorem acti Auarum, & reliquos le gatos tanquam tantorum malorum nuncios, & quaſi de pro pria ſalute cum Scipione aliquid pepigiſſent, interfece runt. Atque cum omninò hoſtes inuadere, & viriliter mor tem occumbere ſtatuiſſent, nulla neque dedendi ſe, neque pugnandi facultate data, carne prius ſemicruda Celiaque, (ſic enim potionem ex ſucco tritici artificioſè factum voca bant) velut in feriis ingurgitati, patentibus portis, tanto cū tumultu eruptionem in Romanos fecerunt: vt nulla ſta tio ſatis eſſet oppoſita (quòd nihil minus, quàm vt ex vr be egredi auderent tot munitionibus ſepti, timeri poterat) cum cæci furore in vulnera vecordi audacia ruerent. acri ter, diuiſque vtrinque pugnatum eſt: & parum abfuit, quin iterum Romani terga verterent: quod profectò feciſſent, niſi Africanum Imperatorem habuiſſent. Numantini verò cum ex ſuis fortiſsimus quiſque cecidiſſet: in vrbem ta men, nihil propter pauorem, feſtinationemue confuſis or nibus, ſeſe recepere. quos cum maiores natu vituperarent, quòd quos toties fugaſſent, eos tunc fugiſſent; quendam ex iunioribus dixiſſe ferunt: pecora quidem etiam num ea dem ſunt, ſed alius paſtor. Numantini ſuorum corpora ad ſepulturam oblata accipere noluerunt. Sed cum omnia tentaſſent, & nihil profeciſſent: fugere an poſſent, expe riri ſtatuunt. quod tamen conſilium exequi non poterunt,

rupti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ruptis ab vxoribus equorum cingulis ex nimio amore. & iam eò inopiæ venerant; vt, deficiente omni ciba-riorum genere, cum nec fructus iam vllos, aut pecora, aut herbas haberent, lora, detractaſque ſcutis pelles, vbi feruida emoliſſent aqua, comedere cæperunt. poſtremo, omnibus, quæ famem trahere poſſent, conſumptis, ad car nes primum humanas mortuorum conuerſi ſunt: iiſque eli-xis, & aſsis vſi: Deinde nulla habita ratione ægrotorum ad bene valentium corpora ventum eſt: dum potentiores imbecillioribus vim afferunt: & nihil iam acerbum, & crudele ducitur, animis eorum in feras, corporibus in beſtias propter alimenta, quibus tum vtebantur, conuerſis. Quare iam famæ confecti, diuturnaque peſtilentia abſumpti tandem inculti, horridi, mœſtique Scipioni ſeſe de diderunt. quibus imperauit, vt arma in certum locum ferrent: poſtridie, vero eius diei in alium item certum locum ipſi venirent. Sed illi in alium diem id diſtulerunt; cum dicerent, multos in vrbe etiam ſupereſſe, qui libertatis amore ferro, & fame vitam finire ſtatuiſſent, tempuſque ad id ſibi peterent. Tantus libertatis amor, tanta animi victus in barbara, ac parua ciuitate fuit. Sed in iis, qui ſe variis modis mortem conſciuere, fuit Theogenes quidam, qui cæteros Numantinos nobilitate, pecunia, honoribuſque ſuperabat, Hic vicum ſuum, qui in ea vrbe pulcherrimus erat, contractis ex omni parte nutrimentis ignis, incendit: ac ſtatim duobus diſtrictis gladiis in medio poſitis, binos ciues inter ſe, hac lege dimicare iuſsit: vt qui victus eſſet, is, abſciſo à ceruicibus capite, in ardentia tecta coniiceretur: qui cum tam forti lege mortis omnes abſumpſiſſet: tum demum etiam ſe ipſum in flammas immiſit. Qui verò ſe dediderant, tertio die in conſtitutum locum conuenerunt, omnes ſordidati, maxima barba, & capillo, fœdi, terribiles aſpectu: quippè quibus corpora eſſent hirſuta, illuuie, ac fœtore plena vngues prælongi, veſtimenta obſoleta tetrique odoris. quibus quidem rebus, & ſi hoſtibus miſericordiam commouere poterant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tamen aſpectu etiam horribiles videbantur: iccircò Romani eos non ſine admiratione intuebantur, & inuſitatam in illis animorum, & corporum affectionem ex aëre corrupto contractam, ex dolore, ac labore, quem pertulerant, ac denique ex conſcientia, quòd alii aliorum carnibus poſti eſſent: complures etiam inuenti ſunt, qui adhuc artus, & mẽbra trucidatorum corporum in ſinu geſtarent. Scipio ex his ad triumphi pompam quinquaginta ſibi reſeruauit: reliquos ſub corona vendidit. Alii, & plures remita explicant. Numãtini clauſis portis locum in foro deſtinauerunt, quò res omnes ſuas congeſſere. quibus ſuccenſis, nequid relinqueretur, in quod ſæuire hoſtis iratus poſſet, facinus in ſe fædum, ac ferum conſciuere: plurimi enim ſeſe per vices interfecerũt, alii veneno, quidam igne abſumpti ſunt. Romani vrbe potiti nihil, quod diriperent, inuenerunt: quod aurum, argentum, arma, veſtes, cæteraque eiuſmodi omnia ignis abſumpſerat: ac ne vnum quidem viuum cæperunt: ſed ſecuritatem ſibi tantũmodo præſtitiſſe, ſeque magis è manibus Numantinorum euaſiſſe: quàm eos ſuperaſſe, dixerunt. Tunc Africanus Tyreſium quendam Celticum principem conſuluit: qua nam de cauſa Numantia, aut prius inuicta, aut poſt capta fuiſſet. reſpondiſſe fertur. concordia victoriam, diſcordia exitium præbuit. Scipio Numantiam deleuit, intra annũ & tres menſes, quàm eo venerat, idque etiam ſine auctoritate ſenatus, vel quòd fortaſſe id è rep. eſſe iudicaret; vel quòd natura iracũdus & durus in eos eſſet, quos vi cæpiſſet: vel quòd vrbibus euertendis, maximiſque aliorum malis (vt quidam putant) nomen ſuum fore illuſtrius exiſtimaret. Deinde multis Hiſpaniæ ciuitatibus partim vi captis, partim in deditionem acceptis, agrum Numantinum finitimis ciuitatibus diuiſit, labantes in fide confirmauit, ſumma pecuniarum exorta. poſt hæc auxilia, quibus in eo bello vſus fuerat dimettere ſtatuit. in quibus quidem auxiliis præter cæteros viros ſollers, erat Iugurta; quem donatum, & laudatum magnificè pro concione in prætorium adduxit: ibique eum ſecreto monuit: vt potius publicè, quam priuatim amicitiam

P. Ro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

P. Ro. coleret, ac largitionibus parcere insuesceret: quod non satis tutò à paucis emeretur, quod multorum esset. si a suis artibus nó discederet, paruo labore, ac breui sibi gloriá, & regnum comparaturum: sin properare vellet, & pecuniá, & ipsum præciptitem casurum. Hæc locutus, cum literis eũ, quas Micipsæ redderet, dimisit. quarum literarum sententia hæc erat. Iugurtæ tui bello Numantino longè maxima virtus fuit. quam rem certò scio tibi gaudio esse: nobis ob merita tua carus est: vt idem senatui populoque Romano sit, summa ope nitemur. tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. En habes virum te dignum, atque auo suo Massanisa. Cæteris quoque laudatis, ac donatis pro cuiusque merito, ac dimissis, Romam cum suis copiis rediit. Vbi de Numãtinis triumphauit P. Popilio, P. Rupilio coss. anno xiiii. post Africanum triumphum. quo exercitus laureati, more triumphantium, clamore, & lætitia, plausuque populi exceptus per vrbem in Capitolium inuectus est: vt de more Ioui Optimo Maximo gratiæ agerẽtur. in eo triumpho dedit suis militibus xvii. millia pondo ex iis muneribus, quæ ab Antiocho missa ad Numantiam acceperat, & quemadmodũ ab Africa deuicta Africanus, sic a Numantia euersa Numãtinus dictus est. Dum vrbium duarum Imperii Romani terrorum excidio insignis Romæ commorabatur accusauit. L. Cottam apud populum. Sed accusatoris eximia dignitas plurimum in ea causa reo profuit. Nam etsi grauissimis criminibus penè conuictus fuerat, & septies ampliatus; octauo tamen iudicio absolutus est. verebantur enim homines sapientissimi, qui tum rem illam iudicabant: ne si Cotta eo caderet in iudicio, nimis aduersarii viribus abiectus esse vidéretur: qui virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus erat; & in quo summa erat eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta, quanta in ipso Imperio P. R. quod illius opera tenebatur. P. Licinio Crasso, L. Valerio Tlacco coss. Africanus petens, vt bellum contra Aristonicum regis Eumenis filium, qui Asiam occupauerat: cum testamento Attali Po. Ro. legata libera esse deberet; sibi de

ferretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ferretur, repulsam, duabus tantum tribubus suffragantibus, tulit. Hoc ferè tempore cum Scipio exisset ex vrbe, & esset apud se ad Lauernium, vnaque Pontius: allatus est forte ei accipenser, qui admodum rarò tum capiebatur. sed erat piscis, vt habebatur in primis nobilis. cum autem Scipio vnum, & alterum ex iis, qui eum salutatum venerant, inuitasset, pluresque etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, accipenser iste paucorum hominum est. Ap. C. Claudio Lentulo, M. Perpenna Nepote coss. C. Papyrius Carbo Tribunus plebis homo maximè seditiosus, & popularis legem tulit: vt populus per tabellam leges iuberet, atque vetaret: & vt eundem tribunum plebis, quoties quidem vellet, creari liceret. Hanc legem Africanus tanta grauitate, tantaque oratio nis maiestate dissuasit: vt lex populari Populis suffragiis repudiata esset. in qua etiam oratione cum seditiosè interrogaretur à Carbone, quid de Ti. Gracchi, cuius sororem Africanus vxorem duxerat, morte sentiret, respondit, illum, si occupandæ Reip. animum haberet: iure cæsum videri. Qua sententia cum concio tribunitio furore incensa, id quod nunquam antea fecerat, violenter succlamasset: Hostium, inquit, armatorum toties clamore non sum territus, quî possum vestro moueri, quorum nouerca est Italia? quos que sub corona vendidi? cum autem ii, qui circa Carbonẽ erant ferocius clamarent, Tyrannum esse interficiendũ: merito, inquit, patriæ oppugnatores me ante volunt interficere: neque enim viuo Africano Romam cadere posse putant: neque si Roma ceciderit, victurum Africanum. Anno insequenti. C. Sempronio Tuditano, M. Aquilio coss. seditiones a Triumuiris Fuluio Flacco, C. Gracco, C. Carbone de agro deuidendo excitatæ fuerunt. Nam quadriennio ante à Ti. Graccho lata fuit lex, nequis ex publico agro plus quàm quingenta iugera possideret. promulgauit etiam alterã legem, qua si quis latius agrum patefaceret, vt idem Triũuiri iudicarent, qua publicus ager, qua priuatus esset. deinde cẽ minus agri esset, quàm diuidi posset sine offensa etiã ple-

bis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

bis (quod eam in summam spem opum erexerat) legem se promulgaturum ostendit: vt iis, qui sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuisset, diuideretur. Hæredē enim Attalus rex Pergami Eumenis filius, vt ante dictum est, Po. Ro. testamento reliquerat. Cum igitur Triumuiri secundum Gracchi leges agros diuidere conarentur: magnus ex tota Italia concursus eorum, qui huiusmodi possiderent agros, factus est. qui omnes ad patrocinium Africani confugere orantes: vt quorum opera forti, atque vtili in bello vsus fuisset, eos tunc iniuria oppressos non desereret. Africanus autem, qui æquitate, industria, temperantia, & miserorum defensione excellebat: eorum fusce pta causa in senatū se contulit. Vbi de Gracchi lege ita egit: vt illam quidem minimè repudiare videretur: sed eius difficultatem tantūmodo ostenderet. Atque iustum sibi videri dixit, non à diuisoribus ipsis causas, vtqui essent suspecti, esse cognoscendas. conquestus etiam est de periculo, quod sibi pro patria laboranti ab ingratis ciuibus impendere, cognosceret. his dictis Fuluius Flaccos surrexit: & propter priuatas inimicitias vehementer in eum est inuentus. Hinc odii origo inter ipsum, & Plebeios emanasse creditur. verum ii, qui Africano aduersabantur, nacti materiam criminabantur eum, quòd Gracchi leges dissoluere, & totam ciuitatem ad arma, & ad cædem concitare conaretur. Dimisso tandem Senatu domum ad vesperam reductus est à Patribus conscriptis, à Po. Ro. sociis, & latinis: & apud se tabellam deposuit, in qua ea nocte, quæ Populo sequenti die essent referenda, scribere pollicitus fuerat. Sed mane in cubiculo sine vulnere mortuus est inuentitus: ita tamen, vt quædem elisarum faucium in ceruice reperirentur notæ, atque nonnulla vis illatæ signa. quo de genere mortis tanti viri alii alia memoriæ prodidere. Cicero in nono libro Familiarium, & in secundo ad Q. Fratrem à Carbone fuisse interfectum scriptum reliquit: in secundo de Oratore eundem eius fuisse conscium dicit: in somnio verò in propinquos Africani eam confert.

Velleius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Velleius autem Paterculus ſcribit, plures fatalem eam, non nullos inſidiis conflatam literis mandauiſſe. Florus is, qui liuianas confecit epitomas, ſuſpectam fuiſſe Semproniam eius vxorem, ex eo maximè, quòd Gracchorum eſſet ſoror, quibuſcum ſimultas Africano fuerat. P. Oroſius, ab eadem illi fractam fuiſſe ceruicem ſcribit. Appianus autem primum Corneliæ Gracchorum matris inſidiis eum oppreſſum dicit, non ſine conſenſu Semproniæ filiæ Africani vxoris, quæ ob deformitatem, & ſtultitiam neque illum diligebat, neque ab illo diligebatur: Deinde addit, nonnullis viſum, ſponte eum ſibi mortem conſciuiſſe: quòd ea, quæ pollicitus furat, ſe præſtare poſſe diffideret. tum fuiſſe qui dicerent: ſeruos eius in quæſtionem poſtulatos dixiſſe, ab exteris quibuſdam poſt ædes latantibus necatum. Plutarcus in Romuli vita nullum certum, ac ſatis probabile indicium allatum fuiſſe affirmat: inuita verò Graccorum C. Graccum & Fuluium Flaccum Africani (vt dixi) inimicum, & eo ipſo nimirum die in illum in Senatu acerbè, & contumelioſè inuectum eiuſmodi ſcelere obſtrinxiſſe ſcelere. Sed vt cunque res fuit: & ſi nullus in ea tum vrbe fuit, qui ob tam crudele facinus non gemuerit, non aſſerit dolore: tamen de tanti viri morte nulla quæſtio lata eſt. Nam Plebs, quæ maximè ſollicita erat de ſalute C. Gracchi, verita, ne C. Graccus tanti ſceleris princeps inueniretur, iudicium diſſoluit. Eum mortuum, cum audiſſet Q. Cæcilius Metellus Macedonicus qui grauiſsimè ab Africano (vt ſupra diximus) diſſenſerat, & cum eo inimicitias ab emulatione virtutis ortas gerebat: in publicum ſe contulit: ibiq́ue mæſto vultu, ac voce confuſa concurrite, inquit, concurrite ciues, mœnia noſtræ vrbis ſunt euerſa. Scipioni enim Africano domi ſuæ quieſcenti nocturna vis eſt illata: Deinde conuerſus ad filios Q. L. M. & C. Cæcilios ite filii i inquit, celebrate exequias, nunquam ciuis maioris funus videbitis: & ſimul diis pro ſalute vrbis Romæ gratia ſe habere dixit: quoniã Africanus apud alios non erat natus. Corpus eius velato capite, ne huor in ore appareret, elatum, & publica ſepultura indignum iudicatum

dicatum est: atque extra Portam Capenam, vbi Scipionum sepulchra erant, conditum. cum in funere Africanum de more (propinqui enim suos, qui extremum vite diem morte confeciſſent publicè laudare consueuerat) Q. Maximus in concione laudaret: gratias, & ipse egit diis immortalibus: quòd ille vir in ea Republica potisſimum esset natus. necesse enim fuisse, ibi esse terrarum Imperium, vbi ille esset. Hanc funebrem orationem, cum ipse infantisſimus esset: à C. Lælio viro eloquentisſimo, & Scipioni (vt dixi) amicisſimo scriptam accepit. idem cum Africani nomine epulum Po. Ro. daret: rogauit Q. Tuberonem Africani sororis filium, vt & ipse triclinium sterneret. Atque ille homo eruditisſimus, ac Stoicus strauit pelliculis hædinis lectulos punicanos, & exposuit vasa samia: quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors esset honestanda. Grauiter tulit Po. Ro. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Quare homo integerrimus, ciuis optimus, cum esset L. Pauli Nepos, P. Africani (vt dixi) sororis filius, his hædinis pelliculis prætura deiectus est. Hic est ille Tubero, qui cum disceptaretur de Augurum vacatione à iudiciis, in triumuiratu iudicauit contra Africani testimonium: vacationem Augures, quominus iudiciis operam darent, non habere. Hoc igitur modo C. Sempronio Tuditano, M. Aquilio coss. quo anno Sol geminus apparuit, P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor, & Numantinus sol alter extinctus est, cũ ageret sextum, & quinquagesimum annum. Qui nihil emit, nihil alienauit, nihil ædificauit, nihil in vita, nisi summa laude dignum fecit, aut dixit, ac sensit. Quanquam P. R. cum nihil aliud haberet, quod reprehendere posset: ei obiicere consueuit: quod languori, atque sopori deditus esset. Verum enimuero cum patrem Paulum, auumque Africanum sibi imitandos proposuisset: paternos superauit honores, auitos æquauit, vtrique eloquentia superior, abstinentia verò, cæteriſque animi ornamentis par. Quo nullum ea ciuitas gloria clariorem, nullum humanitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

politiorem vnquam tulit: neq; qui eam ampliorem illustriorem clarioremque reddidisset. Qui hæredi tanquam magnas opes triginta argenti libras, auri duas reliquit. Cuius morum facilitas, & non vitæ solum, atque naturæ, sed orationis etiam comitas tanta fuit: vt beati viderentur ii, qui illius consuetudine frui possent. De animorum immortalitate optimè sentiebat. dicebat enim animos hominum esse diuinos, iisque cum e corpore excessissent, reditum ad cœlum patere optimoque, & iustissimo cuique expeditissimum. Nam quasi hoc ipsum præsagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum & Lælius, & Philus, adessent, & alii plures triduum, in suis hortis disseruit de Rep. cuius disputationis fuit extremum de immortalitate animorum, quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Atque cum optimè sciret, in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus superbiam, fastum, arrogantiam esse fugiendam, dicere solebat: vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, & domitoribus tradere homines solebant, vt iis facilioribus possent vti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibique præsidentes tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere: vt prospicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. Seuerè aliquando Neuium quendam immutatione tantum literæ arguit. Quid inquit, hoc Neuio ignauus? satis etiam acutè, & salsè ambiguo dicto vsus est in Decium quendam, qui verbis multis, & acerbis cuidam illuserat Nuculæ. Quid Decius Naculam, an confixum vis facere, inquit? Interpleraque alia, quæ P. Sulpicio Gallo homini delicato obiiciebat, id quoque probro dedit. quod tunicis vteretur manus totas operientibus. dicebat enim, qui quotidie vngentatus aduersum speculũ ornaretur, qui barba vulsa, feminibusq; subuulsis ambularet: qui in conuiis adolescentulus cum amatore cum Chiridota tunica inferior acumberet: qui non modo vinolus sed virosus quoq; esset, is dubium nõ esse quin idẽ faceret, quod Cinædi facere solent. In ironia, dissimulantiaq; lepore, &

huma-

humanitate ita præstitit: vt Fannius in annalibus suis eum græco verbo ὁμηρικὸν appellaret. Huius quidem Fannii tribunatus arbitrio, & auctoritate Africani gestus, non obscurus fuit. & vt aliquando vela contratam: fuit optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator: vita talis, vel Fortuna, vel Gloria: vt nihil posset accedere.

FINIS.

Vitæ Africani Minoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

AD LECTOREM

ABES Lector humaniſsime, vitam Africani Minoris. Reliquum eſt, vt & tibi cumulatè ſatisfaciam, & meæ diligentiæ conſulam, vt nonnullos adſcribam locos ab eo longè diuerſos, quod in vita ſecutus ſum. Quorum quidem locorum partim omninò ſunt refellendi, quod ab Hiſtoriæ fide longè abſint: partim corrigendi, vt qui librariorum incuria, vel ignorantia corrupti ſint: alij conciliandi. Qua in re æquum te mihi præbeas vehementer rogo: vt tibi nullo modo perſuadeas: me aut oſtentandi ingenij cauſa, quod quam tenue ſit intelligo: aut quòd natura aliena carpere delecter, velle nonnulla tum veterum excellentiſsimorum, tum noſtræ, & ſuperioris ætatis errata detegere: ſed veritatis inquirendæ gratia ad quam, exquirendam, & inueſtigandam optimus quiſque natura rapitur. Neque mirum tibi debet videri bonos auctores aliquando, præſertim in longo opere lapſos, cum Ciceroni ipſi, & Horatio quandoq; videatur ipſe dormitare Homerus, & Demoſthenes. neque enim boni ſcriptores animum ſemper habent intentum: ſed labuntur aliquando, cedunt oneri, ſæpè ingenio indulgent. Sed ad rem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

LOCI CONTROVERSI,

LOCVS PRIMVS.

PLVTARCVS *in vita L. Aemilij Pauli, vbi de filijs eius loquitur, sic scriptum reliquit.* τὸν μὲν πρεσβύτερον ἀπὸ μαξίμου Φαβίου τοῦ πεντάκις ὑπατεύσαντος· τὸν δὲ νεώτερον, Φρικάνου Σκιπίωνος υἱὸς ἀνεψιὸν ὄντα θέμενος σκιπίωνα προσηγόρευσεν; *id est, maior quidem natu à Fabio Maximo quinquies Consule minor autem à Scipionis Africani filio, cui sanguine coniunctus erat, adoptatus Scipio est appellatus. Hic nescio qua ratione fieri possit, vt maior Aemilij filius à Q. Fabio Maximo cunctatore potuerit adoptari. Nam Plutarchus ipse in Fabij vita, scribit, Fabium è vita demigrasse antequam Africanus Maior in Africa cum Annibale prælio decertauisset. quod fuit ex lapidibus Capitolinis An. V. C. 551. (nam ex Glareani Cronologia cæterorumque excedit in An. 552. & ex Plinio in An. 553.) quo tempore vix fieri potest, vt Aemilij filius natus esset: vt ex lib. xl. Liuij, & ex ipso Plutarcho in vita Aemilij facilè colligitur. Quarè dicendum est, à Q. Fabij cunctatoris filio, qui apud Liuium lib. xxx. in patris locum inauguratus fuit, maiorem Aemilij filium adoptatum fuisse.*

LOCVS II.

CORNELIVS *Nepos, vel Plinius, vel quicunque ille fuit, in libro de viris illustribus, hæc scribit. P. Scipio Aemilianus Pauli Macedonici filius à Scipione Africano adoptatus. Plutarchus in loco supra commemorato dicit, hunc nostrum*

à filio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Scipionem à filio Africani Maioris adoptatũ fuisse. idem Velleius Paterculus volumine priore. idem Cicero cum alijs in locis, tum vero in libro de Claris oratoribus affirmat. ipsum, inquit Scipionem accepimus non infantem fuisse, filius quidem eius, is, qui hunc Minorem Scipionem à Paulo adoptauit, si corpore valuisset, in primis habitus fuisse disertus. Plinium videtur secutus Leonardus Aretinus, qui Aemilij vitam è græco in latinum conuertit. Vbi enim Plutarchus dicit, Minorem Aemilij filium à Scipionis Africani Maioris filio adoptatum, ipse reddidit, ab Africano Maiore. prætermisit etiã græcum verbum. quòd fortasse ignorabat, Africanum Maiorem vxorem duxisse Aemiliam sororem L. Aemilij Pauli huius nostri Africani Minoris Patris. iccirco Plutarchus dixit ἀνεψιόν, id est, consobrinum.

LOCVS III.

IVIVS lib. xlv. de triumpho, & duobus filiis L. Aemilii Pauli loquens hæc narrat. Nã duobus è filijs, quos duobus datis in adoptionem solos nominis sacrorum, familiæq; hæredes retinuerat domi, minor fermè xii. annos natus quinque diebus ante triumphũ decessit: maior xiiii. annorum triduo post triũphum. Cicero lib. iiii. Familiarium ad P. Sulpicium. & L. inquit, Paulus, qui duos septem diebus. Diuersa etiam non nihil ab his scribit Plutarchus in Aemilio, alterum, scilicet, quinque diebus ante triumphum annos xiiii. natum; alterum verò triduum post triumphum cum esset annorum duodecim. Et Vallerius lib. v. cap. x. ab his dissentit in numero dierum. Quorum alter, inquit, triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit; alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit. Liuium nos secuti sumus, qui historiam profitetur. Sed nec Plutarchus, qui diligentissimè persequitur pompam triumphi Aemilii, scribit, alterum Aemilii filium conspectum fuisse in triumphali curru: nec Liuius lib. xlv. immò contrarium. Quos, inquit, prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinan-

tes

ses triumphos oportuerat. Idem Valerius lib. ii. cap. v. hæc de Africano Minore loquitur. Nec filii quidem tui (de Paulo enim Aemilio antea locutus fuerat) Scipionis Amiliani, quem in adoptionem dando, duarum familiarum ornamentum esse voluisti, maiestati parum honoris tributum est: cum eum adolescentem admodum à Lucullo consule petendi auxilii gratia ex Hispania &c. Non videtur satis recte perpendisse Valerius, qua ætate tum erat Scipio cum in Africam à Lucullo missus fuit. quatuor enim, & triginta habebat Annos, natus enim est (vt in vita diximus an. V. C. 568. Ap. Claudio, & Sempronio Tuditano consulibus. L. Lucullus consul fuit an. V. C. 602. si igitur numeres à consulatu Ap. & Tuditani ad consulatum Luculli, inuenies an. xxxiiii. At probatißimi scriptores dicere solent, admodum adolescentem de eo, qui quanquam ex pueris excesßit: tribus tamen, & viginti annis minor est. Cuius quidem rei fidem facit Cicero in Bruto loquens de L. Crasso. Accusauit, inquit, L. Carbonem eloquentißimum hominem admodum adolescens, idem in tertio de Orarore Crassum de se loquentem faciens, ostendit, qua ætate tum esset. Quippe qui, inquit, omnium maturrime ad publicas causas accesserim: annosque natus vnũ & viginti nobilißimum hominem, & eloquentißimum in iudicium vocarim. hæc Crassus, quæ sunt contra Cornelium Tacitum, qui in Dialogo de Oratoribus Crassum nonodecimo ætatis anno Carbonem accusasse scribit Liuius etiam lib. xxii. hoc ipsum de admodum adolescente confirmat, qui loquens de P. Scipione Africano Maiore, tres & viginti annos nato hæc narrat. Omnium consensu ad P. Scipionem admodum adolescẽsem, & ad Ap. Claudium summam Imperij delata fuit.

LOCVS IIII.

FLORVS Epit. xlviii. dicit Scipionem Tribunum militum barbarũ interfecisse in Hispania ex prouocatione. Legatũ fortasse melius. Nam Plinius de viris illustribus Legarũ fuisse scribit, idem & Appianus in Libyco, & de bellis punicis.

Cicero

Cicero in somnio, & Plutarchus in politicis affirmant in Africa postea fuisse Tribunum. Epit. etiam 50. codicum vulgatorum hæc leguntur. P. Scipio Æmilianus cum ædilitatem peteret, consul à populo dictus, quoniam per decem annos consulem fieri minimè licebat, cum maximo certamine, suffragantibus plebeijs, & repugnantibus aliquandiu patribus, legibus solutus, & consul creatus est. Nos viginti ab hinc Annis ex coniectura, & cronologia Glareani scripsimus, legendum esse. per quinque annos. cum tot tum Scipio esset minor ætate consulari. At nuper Carolus Sigonius vir solida, cumulataque omnium ingenuarum artium cognitione, & optimè de omni antiquitate meritus ex fide libri veteris ita in Scolijs Liuianis emendauit. Quoniam per annos consulem fieri non licebat. cum Scipio tum ageret ex lapidibus capitolinis annum xxxvij. & esset lex annalis, qua cauebatur, nequis nisi anno ætatis xliij. capere consulatum posset. qua lege tum solutus Scipio fuit. etiam si velleius volumine priore dicat, cum xxxvi. annos natum consulem factum.

LOCVS V.

VALLERIVS Maximus lib. v. cap. pri. ea Minori Africano ascribit, quæ dicta, & facta à Maiore fuere. Huic, inquit, facto par eiusdem viri humanitas, à quæstore suo hastæ subiectos captiuos, vendente, puer eximiæ formæ, & liberalis habitus missus est. de quo cum exploraſſet, Numidam esse, orbum relictum à patre, educatum apud auunculum Massanisam, eò ignorante, immaturam aduersus Romanos ingressum militiam: & errori illius veniam dandam, & amicitiæ regis fidissimi Po. Romani debitam venerationem tribuendam existimauit. Itaque puerum anulo, fibulaque aurea, & tunica laticlauia, Hispano sagulo, & ornato equo donatum, datis, qui eum persequerentur, equitibus, ad Massanisam dimisit. Hæc Vallerius de Africano Minore loquitur, vt ex ijs, quæ supra dicit, apparet. Sed à Scipione Maiore facta, dictaque facilè cognoscet: qui lib. xxvij. Liuij leget, &

Plutar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Plutarchum in vita Maioris. vbi eadem ferè inueniet verba. Errat prætereà Vallerius, vbi dicit. amicitiæ regis fidiſſimi Po. Ro. debitam venerationem dandam. Si auxilio Carthaginienſibus venerat, quomodo amicus, & fidiſſimus Po. Rom. erat? immò hac Scipionis humanitate, vt Liuius lib. xxviij. narrat, in primis permotus Maſſaniſa ad Romanos poſteà tranſiit. quibus ex eo tempore adeò fidus amicus, & vtilis fuit, vt huic victum Annibalem, huic captum Siphacem, huic Carthaginem deletam fuiſſe aſcribi poſſit. Iacobus etiam Strebæus in ſuis Commentarijs in treis libros Ciceronis de Oratore Maiori Africano attribuit, quæ minoris ſunt, ad illa Ciceronis verba: & certè non tulit illos hæc ciuitas, aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Africano, & C. Lælio. hæc Cicero de Africano Minore, & de C. Lælio ſapiente eius amico. Hæc affert Strebæus. Africanus, & C. Lælius amiciſſimi viri res præclaras geſſerunt in Africa aduerſus Carthaginenſes, Aſdrubalem, Syphacem, Numidarum regem. quem C. Lælius cæpit. coegeruntque Pœnos, vt Annibal in auxilium publicæ ſalutis reuocaretur. Hæc ab Africano Maiore, & à C. Lælio Lælij ſapientis patre facta non negabit, qui Liuij lib. xxviij. & xxix. ſemel percurret. Blondus etiam in v. ſuæ triumphantis Romæ omnia confundit his verbis. Nam offitio legationis fratris ſui functus in Aſiam poſt Carthaginem, & Numantiam deuictas, poſt duos inſignes conſulatus ſeptem tantum ſermonis ſequentibus ad dictam legationem acceſſit. Africanus Maior legatus fuit L. Scipionis fratris: vt Liuius lib xxxvij. & Cicero pro Murena, & in vndecima Philippica, Affirmant. Africanus Minor deleuit Carthaginem, & Numantiam. ſed Blondus Vallerium Maximum ſecutus eſt, quem ſuo loco confutabimus.

LOCVS VI.

IOANNES Viues in vigilia ſua in Somnium Scipionis non ſatis vigilaſſe his verbis oſtenditur. Marco Manilio, & L. Marcio coſs. ego ex Hiſpania in Africam veni miſſus a Lucullo, ſub quo merebam tribunus militum ad quartam legionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

nem &c. non vidit vir ille acerrimo cæteris in rebus ingenio duobus ante annis Lucullum Consulem fuisse an. v.c. 602. Manilius verò 604. atque ter Scipionem ad Massanissam iuisse, semel ex Hispania à Lucullo missus : iterum M' Manilio, L. Marcio Censorino coss. tertio ab ipso Massanissa per literas accitus. in eodem est errore. M. Antonius Sabellicus, Eneidis quintæ lib. viij. & Ioannes Oliuarius in Scholijs in idem somnium.

LOCVS VII.

VALERII *verba de Scipione nostro lib. ii. cap. ii. hæc sunt. Nam posterior Africanus, euerso Punico Imperio, exterarum gentium transfugas in edendis Populo spectaculis feris bestiis obiecit. Appianus in Libico in prouincia post deletam Carthaginem ludos edidisse, & transfugas feris obiecisse scribit : idem Florus epit. 51. nisi dicamus, Populo, hoc est exercitui more græco. quod & in prouincia, & Romæ ludos ediderit. hoc non audeo affirmare sine historiæ testimonio. ideo nos ab Appiano, & Floro non discessimus.*

LOCVS VIII.

CICERO *in Lucullo, ego autem, inquit, cum græcas literas M. Catonem in Senectute didicisse acceperim. P. autem Africanum historię loquuntur in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit &c. Hic Cicero legationem ante censuram Scipionem obiisse dicit : post censuram in somnio. cũ autem, inquit, Carthaginem deleueris, triumphum egeris, censorque fueris, & obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam, delegere iterum consul absens. Diximus supra etiam aliquando bonos scriptores, auctore ipso Cicerone dormitare. Dormitauit igitur Cicero in Lucullo. Nam Plutarchus in Apophteg. & Gellius lib. iii. cap. iiii. & Iustinus lib. xxxviii. eundem temporum sequuntur ordinem, quem Cicero in somnio. Athenæus etiam lib. xii. & Strabo lib. xiii. huius legationis mentionem faciunt. Præterea, quis non putet iis esse potius credendum, & essentien-*

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

dum, quæ Cicero scripsit ætate adhuc maximè vigente, quam iis, quæ ætate ingraueſcente, & infirma? temporibusque Reip. turbulentiſsimis facta, & afflicta maxime? Nam libros de Rep. scribere instituit in Cumano anno ætatis suę, ni fallor, quinquageſimo secundo, an. v. c. 699. Ap. Claudio, L. Domitio coss. eodemque, vt arbitror, anno edidit. Lucullum verò scripsit iam Rep. occupata, & in vnius Cæſaris dominatum redacta: vt veriſimilius ſit, hoc eum tempore potius memoriæ vitio lapſum, quàm, cum de Rep. ſcripſit. Nec Aulo Gellio aſſentior. qui lib. iii. cap. iiii. scriptum reliquit, Africanum poſt priorem conſulatum, & geſtam cenſuram, fuiſſe minorem annorum quadraginta. Nam an. v. c. 611. cenſuram geſſit, cum, vt iam non semel dictum eſt, natus eſſet an. v. c. 568. & tum ageret xliii. annum. Ex his etiam planum factum arbitror Valerium longè à vero aberraſſe, cũ lib. iiii. cap. iii. dicit Scipionem poſt duos inclytos conſulatus totidemque suæ præcipuæ gloriæ triumphos officio legationis functum fuiſſe. Diſſentit etiam in numero seruorũ ab auctore de viris illuſtribus, à Cornelio Nepote, qui Africanum duos secum seruos duxiſſe scribunt: & à Plutarcho in Apotheg. & ab Athenęo lib. vi. qui seruos quinque secum habuiſſe ſcribunt. quibus duobus nos magis credidimus. Blondus lib. v. suę triumphantis Romæ Valerium secutus eſt. qui etiam Valerius non eſt audiendus, cum eodem in loco dicit. Numantiæ ſpoliis comparare plures potuerat. Nondum enim Scipio Numant iam euerterat, cum obiit eam legationem.

LOCVS IX.

CONSTAT nanque eos (Scipionem, & Lælium) Caietæ, & Laurenti vagos litoribus conchulas, & calculos lectitaſſe; idque se P. Craſſus ex socero suo Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audiſſe sæpenumero prædicauit. Hæc Valerius Max. lib. 8. cap. de ocio, sumpta, vt puto ex ii. de oratore. vbi L. Craſſus, nõ audeo, inquit, dicere de talibus viris: sed tamen ita colet narrare Scæuola, conchas eos, & vmbilicos ad Caietã, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ad Lucrinum legere consueuisse. Corrigendus est igitur Vallerius: vt pro Laurenti, reponatur, Lucrini: pro P. Crassus, L. Crassus. erat enim Laurentum inter Hostiam, & Numicum flumen, longeque à Caieta distabat. quod si Vallerius intelligere voluisset, Laurenti, & Caietæ scripsisset. prætered Lucrinus Lacus Campaniæ in sinu Baiano, & Caieta non longè ab eodem sinu ostreis, & eiusmodi conchis abbundabant. vnde Martialis.

Non omnis laudem, præcipueque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus,
Ebria Baiano veni modò concha Lucrino
Nobile nunc sitio luxuriosa Garam.

LOCVS X.

STRABO lib. xiiii. de parte Africæ Carthaginiensibus subiecta hæc scribit. τοιαῦτη δ' οὖσα καρχηδὼν, ὅμως ἐάλω, καὶ κατεσκάφη. τὴν δὲ χώραν ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τῶ ῥωμαίων τὴν ὑπὸ τοῖς καρχηδονίοις τῆς δὲ μασσινίσσην ἀπέδειξαν κύριον. Cum talis esset Carthago, tamen capta, & euersa fuit. agrũ verò Cartaginiensium ditioni subiectum prouinciam Romani effecere, eique Masinissam præfecere. Hoc puto fuisse Strabonis τὸ μνημονικὸν ἁμάρτημα. Nam antequam Carthago caperetur Massanisa è vita decesserat, vt in vita dictum est anno ante scipionem consulem.

LOCVS XI.

CICERO in somnio. De legere iterum consul absens. Florus Epit. lvi. Cum inquit, vitio ducum bellum Numantinum non sine pnblico pudore duraret, delatus est vltrò Scipioni Africano à senatu, populoque Romano consulatus. quẽ cum ille capere, ob legem, quę vetabat, quenquam intra decem annos iterum consulem fieri, minimè vellet: sicuti priore consulatu, legibus solutus est. Vallerius lib. viij. cap. xvi. Tradunt, inquit, subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda Aemilianum enim Populus ex candidato ædilitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tis consulem fecit; eundemque cum quæstorijs commitijs suffragator Q. Fabij Maximi fratris filij in campum descendisset, consulem iterum reduxit. si igitur, vt Florus ait, minimè volebat: & descendit in campum Martium, vt Vallerius, & reductus fuit, quo modo, vt Ciceroni placet, absens delectus est? Carolus sigonius vir accerrimo ingenio, & in Historia versatissimo, vt suum Ciceronem tueatur, & Vallerio non repugnare ostendat in Commentario in Fastos ad An. 619. & in Scholijs, in Fragmenta Ciceronis sic exponit. Absens est accipiendus pro eo, qui non petendi causa in campum descendisset, & omninò qui non peterct. quam tanti viri sententiam, quoniam non minus Ciceroni fauco, quam ille, amplecterer libentißimè, si & ego apud vllum probatum auctorem, id vnquam legissem: & ipse in scholijs Liuianis in lib. x. contrarium mihi non persuaderet, & à Vallerio non staret, his verbis. Non est prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos sæpè, in primis autem Glareanum torsit, explicetur. id est, quid sit apud Liuium absentem consulem creari. non enim eum significat tantum, qui abest eb vrbe: sed etiam eum, qui cum in vrbe sit, abest à campo in quo tamen comitia creandi Magistratus causa habeantur. Hæc est Sigonii sententia quam & ipse tribus Liuii locis, & vno Dionysii confirmat: & ego secutus sum.

LOCVS XII.

SCHOLIVM Sebastiani Corradi in Epist. lib. iii. familiarium, cuius initium est. Gratulor tibi prius. hoc est. L. Cassius Longinus Tribunus Plebis C. Mario, & C. Flacco coss. legem tulit, vt Populus per tabellam suffragia ferret. Nos in vita eam legè diximus latam fuisse M. Aemilio Lepido, C. Hostilio Mancino coss. de sententia Ciceronis. qui hæc scribit in Bruto. Cuius quidem legi tabellariæ M. Ancius Briso Tribunus Plebis diu restitit, M. Lepido consule adiuuante. Et paulò infra. Iudicia populi, quibus adderat Carbo, iam magis patronum desiderabant, tabella data, quam legem. L. Cassius Lepido, & Mancino consulibus tulit. & in libro de

Amicitia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Amicitia. Videtis in tabella iam ante quanta sit facta labes primo Gabinia lege: biennio autem post Cassia. & in tertio de legibus. Sunt inquit quatuor leges tabellariæ, quarum prima de Magistratibus mandandis; ea est Gabinia, lata ab homine ignoto, ac sordido. Secuta biennio post Cassia de populi iudicio, ea a nobili homine lata L. Cassio, sed (pace familiæ dixerim) dissentiente à bonis, atque omnes rumusculos popularí ratione occupante &c. Lepidus, & Mancinus consules fuerant an. v.c. 616. præterea nusquam legi Marium habuisse in consulatu collegam C. Flaccum.

LOCVS XIII.

PLVTARCHVS *in Apopht. Scipionem, inquit, minorē ferunt, annis quatuor, & quinquaginta quibus vixit, &c. Hoc videtur falsum. Nam de natura deorum Cicero, & Velleius Paterculus volumine posteriore scriptum reliquerunt: mortuum esse Africanum M' Aquilio, C. Sempronio Tuditano coss. an. c. 624. & Liuius in loco iam toties commemorato decem, & septem annos habuisse testatur, cum in Macedoniam cum patre iuit an. v.c. 585. quare si rectè supputabis inuenies annos sex, & quinquaginta. id ipsum subsignificat Cicero in somnio his verbis. Nam cum ætas tua septenos octies solis anfractus, redituſque conuerterit: duoque hi numeri cursu naturali summam tibi fatalem confecerint. id est cum ad quinquagesimum sextum peruenieris annum, ac penè quinquagesimum septimum attigeris. Idem in politicis dicit Africanum ope Q. Pompei Nepotis secundum consulatum assecutum, quod minimè probabile est. Nam, vt ex Cicerone in libro de Amicitia, & nos in vita diximus, consulatū petiit nunquam: sed vltrò à Senatu populoque Romano ei delatus fuit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

LOCVS XIIII.

RAPHAEL *Volaterranus lib. xix. Commentariorum vrbanorum loquens de Africano Maiore hæc narrat. Eum Maximus laudans ait, gratias esse dijs agendum, quod is esset in ea Republica natus. necesse enim fuisse, illic Imperium esse orbis terrarum, vbi ille mortuus esset. Hæc à Cicerone pro Murena de Africano Minore dicuntur. Idem lib. xxxviij. Scipio inquit, Aemilianus cum legatus Marcio, & Manilio coss. in Africa esset: Supra nos ostendimus in Hispania fuisse legatum, in Africa verò Tribunum. Libro etiam xiiij. Cornelia, inquit, soror Africani, mater Gracchorum &c. hoc est falsum. Nam Cornelia filia fuit Africani Maioris, vt Liuius, Plutarchus, & alij permulti scribunt.*

LOCVS XV.

PLINIVS *lib. xxij. cap. vi. Aemilianum, inquit, Scipionē Varo auctor est, corona donatū obsidionali in Africa Manilio Consule tribus cohortibus seruatis, totidemque ad seruandas eductis. Florus autem Epit. xlix, duas dicit. Appianus in Libyco quatuor. Cornelius nepos, vel Plinius de viris Illustribus octo. Cui igitur ex his magis credendum? idem lib. vii. cap. xliij. de Q. Metello Macedonico hæc narrat. Si quidem liberis dixit, ite, filij, celebrate excquias nunquam ciuis maioris funus videbitis. & hoc dicebat iam Balearicis, & Creticis, & Dalmaticis, iam Macedonicus ipse. hæc falsa esse deprehendet, qui semel percurret lapides Capitolinos, vel Glareani cronologiam. Nam nullus ex filijs Metelli consulatum gessit ante Scipionis mortem. Q. enim filius consul fuit. an. v. c. 630. Lucius verò 636. Marcus 638. Caius 640. Africanus vero, vt supra diximus, an. v. c. 624. mortuus est. Ergo Q. nondum erat Balearicus, Lucius nondum Dalmaticus, Marcus nondum Creticus.*

Locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

LOCVS XVI.

CICERO lib. 1. de officiis. in C. Lælio, inquit, multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. His contraria videntur illa pro L. Muræna. Huiusmodi Scipio ille fuit, quem non pœnitebat, facere idem, quod eu: habere eruditissimum hominem, & penè diuinum (Panætium intelligit) domi; cuius oratione & præceptis: quanquã erat eadem illa, quæ te delectant: tamen asperior non est factus, sed (vt accepi à senibus) lenissimus. His non sunt contraria illa Lælij Ciceroniani in libro de Amicitia. Quid dicã de Moribus eius facillimis? Aut ille pro Murena locus idem ferè est cum his duobus: aut siqua est differentia sic conciliari omnes possunt. Pro Murena factus, inquit est lenissimus oratione & præceptis Panætij. nam si factus, non talis erat antea. in officijs verò, inquit, vita tristior: scilicet antequam à Panætio philosophicis excoleretur præceptis, erat tristior vita. posteà uero quam informatus fuit, lenissimus est factus.

LOCVS XVII.

VALLERIVS lib. iii. cap. ij. verum, vt inimicæ vrbis excidium referam, Carthagine capta, vxor Asdrubalis, exprobrata ei impietate, quòd à Scipione soli sibi impetrare vitam contentus esset: dextra lœuaque tres communes filios mortem non recusantes trahens incendiò se flagrantis patriæ obiecit. Duos fuisse filios Florus Epit. 51. Eutropius lib. iiii. cap. ii. Florus lib. ii. Appianus in Libyco, Orosius lib. v. scribunt.

LOCVS XVIII.

PLinius lib. xxxi. cap. xi. dicit Q. Fabium Alobrogicum fratrem fuisse huius nostri Sipionis. cum esset filius Q. Fabij Maximi Scipionis fratris, qui, vt supra diximus, à filio Q. Fabij Maximi Cunctatoris adoptatus fuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

LOCVS XIX.

BLONDVS *lib. v. Triumphantis Romę, scribit, Africanum hæredi libras xxxvi. argenti facti reliquisse. Plinius lib. xxx. cap. ii. dicit xxxii. Alexander verò ab Alexandro Genialium dierum lib. pri. cap. xviij. & Plutarchus in Apot. tres, & triginta libras argenti, auri duas reliquisse scripsere, item Rodiginus lib. vii. cap xxxiiij. Labitur etiam Blondus, vel numerus est corruptus, vbi loquitur de argento, quod Africanus in ærarium intulit.*

LOCVS XX

APPIANVS *in libro, qui Siriacus inscribitur. dicit Antiochum regem in Græcia cœpisse hunc nostrum Scipionem à Calcide petentem Demetriadem, & à Scipione Africano Maiore adoptatum fuisse. hæc tam falsa sunt, quam quæ falsissima: vt me ea confutare pudeat.*

LOCVS XXI.

SCIPIO *post tot triumphos, post deletam Carthaginem, Numantiamq; postratam, post peragratã Græciam, Asiam, Bithiniã, Syriamq; lustratam post dictaturæ irreprehensibiles actu intra priuatos parietes, domesticorum insidijs acerbo mortis cruciatu, & nefarijs frangentium gulam manibus priuata quodam modo animaduersione oppressus est. Aut hic locus corruptus est, & pro dictaturæ, Censuræ, est reponendum aut Iulius Firmicus, qui hæc scribit Astronomicorum lib. i. toto errat cælo. Nam Scipio dictator nunquam fuit.*

LOCVS XXII.

RELIQVVM *est, vt & sententiam eorum refellamus, qui adducti illis Lælij Ciceroniani verbis: sed nescio quo modo in Andria familiaris meus Terentius dixit: Terentium Ciceroni familiarem fuisse dixerunt. Et ostendamus an potuerit Terentius in scribendis fabellis à Lælio, & Scipione adiuuari.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Prior sententia & si ipsis Lælij verbis satis confutatur, qui de se loquitur: tamen, vt tibi cumulatè satisfaciam, non grauabor rem planiorem facere. Terentius igitur, si Donato credimus natus est an. v. c. 552. mortuus vero est, vt idem Donatus confirmat, an. eiusdem 594. Cicero autem natus est. C. Atilio, Q. Seruilio Cæpione coss. auctore Gellio lib. xv. cap. xxviij. annis liij. post mortem Terentij. Si hæc vera sunt, non satis etiam videtur probabile Terentium Lælii, & Scipionis opera vti consueuisse in scribendo, cum vtroque natu maior esset. Nam Scipio natus est, vt in vita diximus, anno v. c. 569 quo tempore Terentius sexdecim habebat annos; anno xxxv. ætatis suæ edidit Andriam, cum Scipio esset annorum xix. Lælius autem Scipionem paululum ætatè anteibat: vt ex illis verbis in libro de Amicitia colligitur. vt prius introieram in vita, sic prius exire de vita. & si hæc ita se habent, multo minus putuit iis corporis gratia conciliari. quid si Africano Maiori? nam cum Africanus Maior mortuus est, Terentius habebat xvi. annos. sed cuique suum iudicium liberum sit, mihi planè neutra fatisfacit opinio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Africani Minoris, & MAIORIS COMPARATIO.

NON futurum inutile, neque iniucundum, & à re alienam putaui, candide Lector, si quanta maxima possem breuitate, huius nostri Africani Minoris reliquias cum totius vitæ cursu Maioris Africani conferrem & breuiter ostenderem, eos cum in domestica, tum in bellica disciplina, & in omni Reipublicæ procuratione persimiles fuisse. Quod quidem nemini mirum videri debet. Nam cũ hic Minor Maiorem sibi imitandum proposuisset: adeò se illi similem, in rebus omnibus esse studuit: vt eadem penè sensisse, effecisse, & secutus fuisse videatur. Neque id mihi vitio dari posse arbitror; vt, cum vitam, & res gestas Africani Maioris haud scripserim, hoc tamen suscepcrim negotii, vt vtrunque conferrem. Nam & acta, vt aiunt, agere mihi videbar, si, quæ à Liuio in primis, & à Plutarcho copiosissimè, & diligentissimè literis, memoriæque prodita fuissent, ea ego tanquam noua, & incognita afferrem, & illis velle rebus opus crescere, quæ facilè ab optimis quibusque peti possent, inepti hominis esse, ne dicam ambitiosi, prorsus existimabam. Primum igitur, si in res vtriusque bellicas intueri volumus, satis constat, ambos fuisse summos, ac præstantissimos belli duces, ac non solum ipsorum ætatis, qua nulla bellicosissimorum hominum maiorem copiam tulit: sed etiam superiorum temporum cuiusuis regum, & Imperatorum pares. Vnde factum est: vt in omnibus certaminibus, quibus Imperatores hostes superauerunt: non labor in ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

gotiis, non fortitudo in periculis, non induſtria in agendo, neque celeritas in conficiendo vnquam deſiderata fuerit; ſed omnia ſingulari virtute, clariſsima auctoritate, egregia fortuna geſta ſint. Atque illud etiam vtrique tribuendum eſſe ex hiſtoria, nullus eſt qui non putet: quòd eorum præſentia res omninò florere, augeriq́ue videbantur: abſentia verò labefactari, ac deteriores in dies fieri. Anno vero decimo ſeptimo ætatis vterque bello maximo, atque acerrimis hoſtibus ſub parentum auſpicio, ductuq́ue in militiæ diſciplinam, Maior in Galliam Ciſalpinam contra Annibalem; Minor in Macedoniam contra Perſeum regem potentiſsimum profectus eſt, in quibus quidem bellis quiſque ſuæ futuræ virtutis ſpecimen dedit. Maior enim P. Cornelium patrem conſulem ſaucium, ac penè ab hoſtibus circumuentú, & oppreſſum ad Ticinum ammem conſeruauit. Minor autem in Macedonia fuſos hoſtes adeò auidè, effuſeq́ue perſecutus fuit: vt ſumma cum hoſtium cæde multa millia paſſuum progreſſus fuerit: & circa mediam noctem in caſtra ad patrem redierit. Vtrique iniquiſsimis Reip. temporibus ſummo omnium conſenſu bellici honores dati ſunt. Maior enim, patre, & patruo cum duobus exercitibus intra triginta dies cæſis cum mœſtu ciuitas, ac propè conſilio inops deſcendiſſet in campum comitiorum die cauſa creandi proconſulis in Hiſpaniam: & adeò de Rep. deſperatum eſſet: vt nemo auderet Imperium in Hiſpaniam accipere, ex loco vnde conſpici poſſet, profeſſus eſt ſe id muneris obiturum: Ita totius populi Romani conſenſu, ac ſtudio natus annos xxiiii. proconſul eſt factus, minor autem cum nullus inueniretur, qui Legatus Luculli in Hiſpaniam ire vellet, in medium prodiit: & quodcunque genus militiæ eſſet imperatum, id excepturum ſe dixit. Ita omnium conſenſu legatus in Hiſpaniam profectus eſt. Sed fato quodam factum videtur, vt iiſdem in locis virtutem vtrique ſuam oſtendere contigerit. Alter enim in oppugnatione nouæ Carthaginis trium præſe iuuenium validorum ſcutis oppoſitis (ingens enim uis telorum è muris euolabat) ad vrbem ſucceſsit. Vr-

bem

bem præterea Illiturgitarnorũ aggreſſus, repulſis ſæpe ſuis ab illius oppidi iuuentute, ſibi met conandum, ac periculi partem capeſſendam ratus, ne ſuis tot vanis conatibus animus deeſſet, hoſtibus verò ob id creſceret: increpita ignauia militum, ferri ſcalas iuſsit, & haud mediocri periculo muros ſubiit. tandem Hiſpaniam totam pulſis Carthaginienſibus Romano Imperio ſubiecit. Alter legatus ad Intercatiam barbarum quendam, à quo prouocatus fuerat, interfecit: & in eiuſdem vrbis expugnatione omnium primus in murum euaſit. & annis decem, & octo poſt, conſul iterũ Numantiam funditus euertit. Illud etiam neſcio quomodo fato factum videtur: quòd bis vterque conſul fuerit ſummo populi conſenſu aduerſantibus maximè patribus, primum ante tempus, deinde alter tantũ ſuo tempore. Maior enim primũ conſule fuit an. v.c. 548. ætatis verò ſuæ xxx. Minor an. v.c. 606. ſuæ xxxvii. Maior iterum an. v.c. 559. ſuo 41. Minor an. v. c. 619. ſuo 50. eandem Africam prouinciam extra ſortem habuerunt. Maior tributariã populo Romano Carthaginem deuicto, & fugato Annibale fecit: Minor eandem, Aſdrubalis exercitu, atque Diogenis profligato, ſolo æquauit. ille de Carthagine, & Annibale. Hic de eadem, & Aſdrubale triumphauit. Maioris humanitate, atque opera. Maſſaniſa Numidarum rex ad Romanos à Carthaginienſibus defecit, cum ducentis equitibus. Minoris verò exhortatione, ac pollicitationibus Phamæas equitum Libycorũ præfectus cum pari equitum numero in caſtra Romana tranſiit. quorum vterque ex eo die ſtrenuæ pro Romanis pugnarit; & operam, & ſtudium ipſis Imperatoribus nauarit, multiſque muneribus à Senatu affectus fuerit Ambo in ſuos milites liberales fuere: ambo de Carthagine triumphum egere auro multo, & argento refertum: & ab Africa deuicta vterque Africanus dictus eſt. Minor etiam de Numantia triumphauit. Vterque ſuum habuit Lælium amicum, & in ſtudiis, & rebus bellicis ſocium, Maior Lælium Africanũ, Minor Lælium cognomento ſapiẽtem Lælii Africani filiũ. Vterque ſuum Lælium Romam cum ſpoliis hoſtium victo-

riæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

riæ nuncium misit. Maior Africanus L. Scipionis fratris in Asia legatus fuit: Minor in Aegyptum, Syriam, Asiam legatus cum Sp. Mumio, & L. Metello a Senatu missus fuit ad res sociorum inspiciendas. Censores etiam fuerunt post primum consulatum, & in censura multa fecerunt digna memoria. Atque hæc hactenus de disciplina militari. Iam pauca de domestica dicamus. studia pueritiæ vtriusque eiusmodi fuere, vt nulli rei magis operam dederint, quam bonarum artium disciplinis, & in primis Rhetoricæ minor etiam philosophiæ. in quibus quidem studiis, quoniam optimis præceptoribus sunt vsi, ille Catone illo Censorino, & Lælio Africano, hic Panætio, Polybio, & C. Lælio sapiente, ita versati sunt: vt maximam de se expectationem non solum sustinuerint, sed longè etiam superauerint: vn de factum est, vt homines bonos, ac literatos, non solum súma beneuolẽtia, ac liberalitate prosecuti fuerint: sed ipso rũ etiã familiaritate maximè delectati. Maior vnice dilexit Ennium Poëtam, Minor Terentium. Vtrique omnium consensu tribuebatur, summa facultas oratione benigna multitudinis animos ad se amandum alliciendi: incredibilis facilitas, & humanitas in admittendis hominibus, patientia in audiendis, mira in respondendo alacritas. Erant amicitiarum appetentissimi, & miserorum acerrimi defensores. At pietas in ambobus penè par extitit, in Maiore erga patrem, & L. fratrem: in Minore erga Matrem, sorores, & Q. fratrem. ille patrem è manibus hostium liberauit, Lucioque fratri consulatum comparauit, & Asiam prouinciam, cum illi legari voluit. Hic matrem post diuortium suis aluit copiis: sorores in parum locupletem familiam nuptas, quibus cunque rebus potuit, semper iuuit: Q. fratri integrum patrimonium concessit. continentia, vtriusque, & abstinentia tam domi, quàm foris admirabilis fuit. Neuter enim locupletior est factus ex tot manubiis hostium. in neutro clementia tam in hostes, quam in suos est vnquam desiderata. Vtrique dies ad populum dicta fuit, Maiori a M. Næuio Tribuno plebis, vel, vt alii volunt, a duobus petilis

Tribunus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Tribunis, Minori à C. Atello Tribuno plebis. quo tempore parem vterque sui fiduciam ostendit. Maior deductus ingenti frequentia ciuium in rostra, capitique suo coronam triumphali impositam, Hac ego, inquit, Quirites die Carthaginem nostras leges accipere iussi. proinde equum est, vos mecum ire in Capitolium ad agëdum gratias Diis. quo dicto omnis senatus, ordo equester, & cuncta plebs eum comitata est ad omnia templa deorum, delertis in Rostris accusatoribus. Minor, & si reus erat: tamen neque radi, neque non candida vti veste, desiit: neque fuit solito reorum cultu. De morte vtriusque nihil aliud dicam, nisi quòd ciuium ingratorum culpa, atque perfidia alter Linterni sponte moritur: alteri domi vis infertur. Sed vt hæc omnia ad vnam summam conferantur, hi duo celeberrimi duces non tam domesticis virtutibus, quibus magnopere præstiterunt, quam bellicis artibus, & rerum gestarum gloria digni fuerunt, qui inter se compararentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

AD LECTOREM.

OMMOTVS assiduis meorum auditorum vocibus, Lector humanissime, id à me, quod non semel, & publicè & priuatim verbis confirmassem, Libros ad C. Herennium Ciceronis nõ esse, scripto vt aliquo testatum apud omneis studiosos relinquerem, efflagitantium, negotium tandem suscepi: idq; haud sanè animo libenti. Nam cum probè scirem, non defuisse doctos homines, qui hanc ita tractarint quæstionem: vt nihil amplius (vt mea fert opinio) requirendum esse videretur: omni prorsus dubitatione sublata, actum mihi, vt aiunt, agere videbar, etiam si noui aliquid afferre possem: Deinde viros doctissimos ferè, qui vel publicè profitentur: vel aliquid in lucem ediderunt, nobiscum ita sentire: vt eiusmodi labor pro multis, vel ita indocilibus, ita tardis, & imperitis: vt doceri nullo modo possint: vel ita in sententia firmis, ac pertinacibus: vt etiam si illis persuadeas, persuaderi tamen nolint: esset nullo modo suscipiendus. Ego tamen his omnibus difficultatibus meorum auditorum prætuli voluntatem: præsertim cum dicerent, sibi videri, me aliis quibusdam, atque illos, argumentis ad rei veritatem,

O quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

quam omnes docti, ac boni viri studiosè tueri debent, ostè dendum vti consueuisse: ita apertis ita firmis: vt facilè fieri posset, vt & ii, qui propter ingenii tarditatē aliter sentirēt, id, quod est, docerētur: & hi qui nimiū sunt offirmati omni tandem depositā pertinacia, veritati, quæ sæpè vim magnā solet habere, assentirentur, atque adhæresceren. Addebāt etiam, & pro certò affirmabant, me cum cæteris omnibus studiosis, tum verò vniuersæ huic ciuitati pergratum facturum: si ex animis multorum magistrorum, & adolescentulorum opinionem tam vetustam, tam penitus insistam euellere possem. Quare cum natura ad benè promerendum cū de omnibus, tum verò maximè de ciuibus meis propensus fuerim, & ob hanc potissimum causam accersitus in patriā, & in hanc nobilissimam ciuitatem bis iam redierim, vt studia ipsorum hac mea, quantulacunque est, docendi facultate iuuarem, adduci potui: vt rectissimè illorum voluntati morem gererem: & quid breui scriptione profici posset, experirer. Sed hac tamen lege: vt ad tria tantum eorum, qui libros Rhetoricorum ad C. Herennium esse Ciceronis adhuc crediderunt, quique id ipsum, editis scriptis, confirmare conati sunt, firmissima argumenta disputem: & ea dū dissoluo, ipsos magno in errore versatos fuisse, turpissimè lapsos, nec vim latinorum verborum satis tenuisse ostendā. Cætera vero, quæ ab illis de titulo, de multis scriptoribus aliquo illius operis testimonio tanquam Ciceronis vtentibus, de multis locis ex libris de inuentione illuc translatis, de interpretatione eorum verborum: rudia, & inchoata: ex proœmio libri primi de oratore, & quibusdam aliis afferunt: vel quòd maximè puerilia, & ridicula sint, & ab aliis satis confutata: vel quòd nimis longum futurum putarim, & lectoribus molestum, tot nugas confutare: vel quòd dissolutis firmioribus argumentis, etiam infirmiora euersa intelligerentur, prudens omittam: & primum omnium tempus constituam, quo illud opus scriptum dicatur. Nam omnes ferè, qui eos libros ad Ciceronem pertinere affirmant,

eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

eos ante vigesimum quartum ætatis annum ab ipso adolesc ē te conscriptos contendunt. Cum enim viderent, se non si ne magno incommodo, tempus aliud statuere posse, id maxime delegerunt, quo se rectè sentire, & à veritate stare ostendere posse putarunt. Sed tantum abest, vt ea constitutio temporis adiuuet illorum causam: vt nihil ei magis contrarium esse possit. Illa enim in primis duo firmissima euertit argumenta, quæ nullo modo dissolui posse putant. Quorum alterum est hoc ex Proœmio primi libri.

C. natus an. post Romam conditā. D C X L V I I. ante Christum Cur. Gel. lib. xv. ca. 23.

Et si negotijs familiaribus impediti vix satis ocium studio suppeditare possumus, & id ipsum, quod datur ocij, libentius in Philosophia consumere consueuimus.

Quibus aduersarii nixi verbis affirmant: Ciceronem, vt hoc loco, ita in multis aliis dicere, & conqueri, negotiis atque defensionibus amicorum impediri sua studia: & philosophiæ studiosum esse consueuisse: & vt nobis hanc suam probent sententiam hæc afferunt ex prima Tusculana.

Cum defensionū laboribus, senatorijsq; muneribus aut omninò, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, retuli me Brute, te hortante maximè ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui.

Et ex eadem prima Tusculana.

Philosophia latuit ad hanc ætatem, nec vllum habuit lumen literarum, excitanda nobis est: vt si occupati profuimus hominibus nostris, prosimus etiam si possumus, ocioſi.

Et ex lib. 4. Familiarium.

Non amicorum negotijs, non Reipublicæ procuratione impediebantur cogitationes meæ.

Et ex sexta Philippica.

Omne enim curriculum industriæ, in curia, in amicorum periculis propulsandis, elaboratum est.

De Claris Oratoribus

Studium Philosophiæ nunquam intermissum, & semper auctum, hoc rursus summo auctore, & doctore renouaui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Hæc isti, quibus tamen neque nobis probant, quod volunt: neque vim, ac potestatem eorum verborum, tenere videntur. Conantur enim nobis probare, his citandis locis, libros ad C. Herennium esse Ciceronis, quòd alibi quoque Cicero dicat, se assiduè versari in defensionibus amicorum, & in studio Philosophiæ, consuevisse. quam re quot flagitia committant, videamus: tantum abest, vt, quod volunt, assequantur. Primum dicimus, ex istorum citatione locorum effici rem absurdissimam: Ciceronem scripsisse Tusculanas quæstiones, Philippicas, de Claris Oratoribus, & Epistolam ad Sulpicium ante illud opus ad Herennium: cum tamen, istorum concessu, hoc adolescentulus scripserit nondum natus annos quatuor & viginti: illa verò omnia iam penè sexagenarius, cum iam oppressa Rep. nihil in foro, nihil in curia agere posset, ne languori sese dederet, ne ocio marcesceret, vt multis in locis testatur, studia Philosophiæ revocavit: vt etiam eo modo ciuibus suis prodesset. Deinde nusquam in iis, quæ ex Cicerone afferunt, legimus: negotiis familiaribus: sed defensionum laboribus, amicorum negotiis, & amicorum periculis: neque, quòd libentius cõsumeret ociũ in Philosophia: sed quod necessitate coactus ad eius studia sese retulerat. Postremò illa verba: negotiis familiaribus: quidam ipsorum affirmant significare defensiones amicorum in causis forensibus: quidam referunt ad negotia familiaria, & domestica. Ego verò totum hunc locũ sic explicare soleo, vt contendam, Auctorem eorum librorum duas afferre causas, quibus a scribendo de Rethorica, tum revocaretur: vnam, quod esset impeditus negotiis domesticis, suis, propriis, familiæ suæ: alteram quòd quicquid de domesticis negotiis dabatur temporis, id totum libentius poneret in Philosophia, quàm in Rhetorica. Hæc enim est illius verbi notio: vt cum iungitur alicui rei anima carenti accipiatur ferè pro domestico, priuato, suo: vt hoc loco: isti verò sibi per suas erunt: idem esse negotiis, vel defensionibus amicorum, & negotiis familiaribus; ob vsus verborum latinorum imperitiam, cum longè inter se differant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

differant. Sed fac, nihil differre, fac idem valere. Quæro ex istis Ciceronis tam studiosis: quo tempore Cicero in forum se contulit, & causas tam publicas, quam priuatas agere cæpit? ignoramus: credimus. nam si id sciſſetis, nunquã tam impudenter tot ineptias effutire ausi essetis: sed mirum est me hercule, quam istos Ciceronis acerrimos defensores non pudeat in scriptis illius tam parum esse versatos: vt id ignorent, quod vel mediocriter eruditis est apertissimum. Ego vero, & id, & quibus in rebus versari consueuerit Cicero adolescentulus, paucis, & ordine complectar.

Cum Cicero annum dacimum octauum ageret, fuit in exercitu Cn. Pompeii Strabonis: & eodem anno iuris ciuilis studio multum operæ Q. Scæuolæ Auguri dedit. Anno verò decimonono P. Sulpicii Tribuni Plebis quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognouit. Philonique totum sese tradidit admirabili quodam ad Philosophiam studio concitatus. Natus autem annos xx. Moloni Rhodio, & Actori summo causarum, & Magistro operam dedit, & duos de inuentione libros rudes, & inchoatos reliquit. Toto deinde triennio, quo vrbs ferè sine armis fuit, noctes, & dies in omnium doctrinarum meditatione versatus est: & Aratum versibus hexametris conuersum edidit, & Xenophontis œconomicum. erat assiduè cum Diodoto Stoico: à quo cum in aliis rebus, tum in Dialectica exercebatur: sed ita tamen: vt ab exercitationibus oratoriis nullus dies esset vacuus. Commentabatur declamitans, idque latinè, sed græcè sæpius. Cum iam haberet annos viginti sex, venit in forum, & ad causas & priuatas, & publicas adire cæpit, & Quinctium defendit: & anno insequenti pro Sex. Roscio dixit.

An. V. C. 664.

An. V. C. 665.

An. V. C. 666.

An. V. C. 672.

An. V. C. 673.

Hæc Cicero (nequis me somniare putet) & alia permulta in libro de Claris Oratoribus de cursu studiorum suorũ, ac totius vitæ commemorat. Num igitur erat amicorum negotiis, ac defensionum laboribus ita impeditus, cum nõ dum in forum iuisset, nondum amicorum causas defendere cæpisset, vt otium studio suppeditare non posset. Num dicemus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

cemus illud opus in Ciceronem adolescentem cadere posse cum illa verba: negotiis familiaribus: apertissimè ostendant, à patre familias in curanda familia maxime occupato, & ab homine ætate iam constanti, & matura conscriptum fuisse? num etiam, ex iis, quæ iam dicta sunt, ii sunt audiendi, qui illa verba: negotiis familiaribus: ad negotia domestica referunt? ecquæ curæ familiares homini adolescenti, & sub patris potestate constituto esse poterant impedimento, quo minus ad arbitrium suum studiis operam daret? Iam planum esse factum arbitror; neque tempus, neque illa verba: negotiis familiaribus: causæ aduersariorum prodesse: immò ita obesse: vt si nobis res esset cum æquioribus, & non tam pertinacibus, vel imperitis hominibus, causa iam esset perorata, nec opus esset, eos, validioribus argumentis vrgere, atque conuincere. Quod quidem, quoniam ita volũt, quàm breuissimè potero faciam, & ostendam, quam sit firmum, quod de studiis philosophiæ nugantur propter linguæ latinæ imperitiam.

Patrem in petitione cõsulatus, vel iam consul designatus amisit.

Fatemur quidem, Ciceronẽ nunquam intermisisse studiũ Philosophiæ, semperq; auxisse: sed negamus eum libentius ocium in Philosophia consumere consueuisse, quàm in dicendi facultate. Ego enim diuturna bonorum auctorum lectione, & obseruatione didici, comparatiuum vel sit nomen, vel aduerbium, in oratione semper relatiuè poni; eamque relationem, si non adest esse supplendam: vt hoc loco. nam, vt supra dixi, sic interpretor; & quod datur ocii libentius in philosophia consumere cõsueuimus quàm in Rhetorica, vel in studio Rhetoricæ. Hæc si est vera eius loci interpretatio, Ciceronis illa verba esse nullo modo possunt, nam sexcenta ego possem ipsius Ciceronis afferre loca, quibus probarem, eum iam inde à primis annis, nihil magis curasse, quam studium eloquentiæ, atque id vnum sibi proposuisse, ac dignum iudicasse, in quo elaboraret, & dies noctesque sese exerceret: vt honores, vt opes, vt gloriam sibi compararet. Sed duobus tantum erimus contenti. Hæc in libro de Claris Oratoribus.

Itaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Itaque cum me, & amici, & medici hortarentur, vt causas agere desisterē: quoduis potius periculum mihi adeundum quam à sperata dicendi gloria discedendum putaui.

Et in Proœmio libri primi de officiis.

Nec vero, inquit, arroganter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatéque dicere (quoniam in eo studio ætatem consumpsi) si id mihi assumo, videor id meo iure quodam modo vendicare.

Cum igitur ex his constet, dicendi studium proprium Ciceronis fuisse, & in eo ætatem consumptisse: & hic auctor contra dicat, sé libentius in philosophia consuesse, quod dabatur otii, id ipsum consumere: hominis est profecto vel imperitissimi, vel offirmatissimi contendere, ad Ciceronem eos libros pertinere.

Sed videamus an hic aliud quid addere possimus, quod non solum id ipsum confirmet, Ciceronem non esse eius operis auctorem, sed arguat etiam imperitiam, & iniquitatem istorum: qui dum sese Ciceronis, & Herennii nimium studiosos ostendere volunt: reperiuntur vtriusque accusatores imperitissimi. Nam si illa: Tamen tua nos C. Herenni voluntas commouit: vt de ratione dicendi conscriberemus: scripta sunt à Cicerone, vt volunt isti, qui negari potest, quin Cicero negligens, & quodam modo obliuiosus fuisse videatur? Nonne oportuit, cum ante libros de inuentione scripsisset, Herennium nouum eiusdem generis opus petentem, ad id, quod iam ediderat, reiicere? vel certè eius aliquā mentionem facere, & ostendere, cur illo reiecto, nouum aliquod eiusdem generis opus scriberet? quorum cum nihil faciat, non ne, & negligentiæ ab istis non sentientibus & ferè obliuionis accusatur, dū illa verba ab eo scripta cōtendunt summa pertinacia? Herennio verò quid impudentius, quid ineptius nobis proponūt? qui ab amico noua artis Rhetoricæ præcepta contendat, nulla allata causa (quod appareat) quamobrē non probet libros de inuentione, vel imperfectos? & nouum scribendi laborem amicū suscipere velit?

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

At certè nec Cicero fuit negligens, nec obliuioſus, cum nihil eiuſmodi ſcripſerit: nec Herennius impudens, nec inceptus cum ab eo amico libros de ratione dicẽdi peteret, qui nullos eiuſmodi antea ſcripſerat: vt non ſolum totum libri primi proœmium, ſed etiam vniuerſum illud opus oſtendit apertiſsimè iis, qui non ſunt talpa cæciores, & pertinacia pertinaciores. Accedant huc, quæ in eodem proœmio de Græcorum rhetorum arrogantia, improbitate, auaritia, ac infidelitate dicuntur contra Ciceronis conſuetudinem. Qui in Proœmio lib. ii. de inuentione, vt mittam, quæ poſtea ſcripſit, commendat Græcos artis dicendi magiſtros, & aſſerit, omnes in vnum locum ſe coegiſſe, & quod quiſque commodiſsimè præcipere viſus fuit: ſe excerpſiſſe, & ex variis ingeniis excellentiſsima quæque libaſſe. Dicant etiam nobis, obſecro, iſti tam vehementer Ciceronis amãtes, vt huic loco cumulatè ſatisfaciamus, vnde nam factum, vt illud primi libri proœmium ſit breue? ſecundi longius? tertii breuiſsimum? quarti verò longiſsimum? Cur Cicero non ſeruauit, ſi hæc ipſe ſcripſit, eandem breuitatẽ in proœmiis librorum de inuentione, ac cæterorum hac de facultate ſcriptorum? cur æquam hæc penè habent proportionem iuſtamque magnitudinem, illa verò ad Herennium minimè? Scio, multa contra reſponderi poſſe: ſed puerilia mehercule, ſed indigna hominibus literatis, quæque vel mediocriter eruditum confutare pudeat. Detur æquus iudex. ſtatuat quidem certè (niſi me mea fallit opinio) id plurimum ad cõfirmandam rei veritatem valere: quòd hi libri non ſunt Ciceronis: quòd, qui eos conſcripſit, nihil antea eiuſmodi ſcripſerat: addita præſertim tanta orationis diſſimilitudine. In qua oſtendenda haud multum elaborabo, cum ipſi aduerſarii non negent phraſim horum ad Herennium admodum differre à phraſi de inuentione librorum: cum tamen contra fieri opportuiſſet, ſi opus vtrunque à Cicerone ſcriptum fuit, & hoc ad Herennium poſt illud de inuentione. ad quam diſsimilitudinem tuendam in vno Cicerone, vt operis vtriuſque ſcriptore, duas cauſas, & eas maximè ridiculas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

diculas afferunt: vnam, quòd forma dicendi his in libris ad Herennium erat adeò vocum perturbatione, mutatione, detractione, adiectione vitio temporum, & librariorum culpa inuersa, & deprauata: vt ipsi in eo opere vix Ciceronis vultum agnoscerent: & addunt (quod vix feras) sua nũc opera redditam esse suam Ciceroni faciem. Ita me dii ament Lector humanissimè: vt me has pudet ineptias confutare. illud tamen tantum affero: quòd illi quatuor ad Herenniũ libri ne nunc quidem istorum, & aliorum quoque opera emendati, purgati, & perpoliti, sunt vllo modo cum duobus de inuentione comparandi: emendent, purgent, perpoliant ad arbitrium suum, nunquam efficient, vt accedant ad eorum elegantiam, nitorem, perspicuitatem orationis, & succum. Alteram: quòd dicunt, Ciceronem non semper eodem dicendi genere fuisse vsum: sed subinde mutasse: & ob eam causam in Asiam, & Rhodum nauigasse; ibique multos clarissimos rhetores cognouisse: apud eos, vt reformaretur, se exercuisse: ipsum denique Ciceronem fateri, se inde alium rediisse. Hæc isti ex libro de claris Oratoribus afferunt ad retinendam styli dissimilitudinem. Quæ quidẽ non solum nõ negamus: sed libentissimè, etiam &, id quòd verum est, ingenuè fatemur, Athenas iuisse: ibique renouando philosophiæ studio sex menses consumpsisse: post totam Asiam cum summis oratoribus peragrasse. At quo tempore? at quam ob causam? num vigesimo quarto, vel quinto ætatis anno? minimè. Sed post dictam causam publicam pro Sex. Roscio, aliasque multas, & post quam biennium in causis versatus fuerat: hoc est, cum ageret vigesimum octauum annum. An. V. C. 673. Ciceronis 27. Isti tamen contendunt, Ciceronem scripsisse libros ad Herennium ante vigesimum quintum annum, ante quam iuisset in forum: quo quid inconsideratius? An. ætatis 26. Causa verò exeundi Roma, fuit: vt remissione, & moderatione vocis, & mutato genere dicendi, & vitæ periculum vitare posset, & temperatius dicere. Isti tamen, ò ridiculũ genus hominum, illam consuetudinis dicendi mutationem ad stylum tantum, & ad formã orationis referunt: ò portentum

tum inauditum: vt homo Romanus latinæ linguæ pater in Græciam latini sermonis mutandi causa proficiscatur: & inde (quod maximè portentosum dicas) rudior, impolitior, & siccior redeat. Hanc rem tam absurdam confiteantur isti Ciceroniani necesse est, si vt ipsi volunt, Cicero scripsit illud opus. Sed ipsum iam audiant Ciceronem, vt me nihil comminisci cognoscant: stantem à me contra istos suos oppugnatores potius, quam defensores: qui de Claris Oratoribus hæc de se, suisque studiis commemorat.

An. V. C. 674. ætatis suæ 28. *Sed cum censerem remissione, & moderatione vocis, & commutato genere dicendi, me, & periculum vitare posse & temperatius dicere: vt consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi in Asiam proficiscendi fuit. Itaque cum essem biennium versatus in causis, & iam in foro celebratum nomen meum esset, Roma sum profectus: cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho veteris Academiæ nobilissimo, & prudentissimo philosopho fui: studiumque philosophiæ nunquam intermissum, à primaque adolescentia cultum, & semper auctum: hoc rursus summo auctore, & doctore renouaui.*

675. Cicero. 29. *Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum vetere, & non ignobilem dicendi magistrum studiosè exerceri solebam. Post à me Asia tota peragrata est cum summis quidē oratoribus, quibuscū exercebar ipsis lubentibus: quorū, & princeps Menippus Stratonicēsis, meo iudicio tota Asia illis tēporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarū, nec ineptiarū Atticorū est: hic Orator in illis numerari rectè potest. Assiduissimè autem mecum fuit, Dionysius Magnes: erat etiam Aeschylus Gnidius, Adramitenus Xenocles: hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audieram, Molonem, applicaui, cum auctorem in veris causis, scriptoremque præstantem: tum in notandis, animaduertendisque vitijs, & instituendo, docendoque prudentissimum. Is dedit operam, si modo id consequi potuit, vt nimis redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret: & quasi extra ripas diffluentem coerceret. Ita recepi*

An. V. C. 676. ætatis 30.

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

me biennio post non modo exercitatior, sed propè mutatus. Nã & contentio nimia vocis reciderat: & quasi referbuerat oratio, lateribusque vires, & corpori mediocris habitus accesserat.

Hæc Cicero de causa eundi in Græciam, & in Asiam, & de genere dicendi ibi mutato, non de latina locutione, vt isti somniant. Reliquum iam est, vt tertium ipsorum firmissimum argumentum aggrediamur, hoc est, vt in arcem causæ ipsorum inuadamus, & eam facilè, & eorum telis euertamus: sed quæ nam ea est? hæc ex primo libro.

Tullius hæres meus Terentiæ vxori meæ xxx. pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet.

Tota spes vincendi aduersariorum hoc in loco posita est. affirmant enim nihil esse in toto illo opere, quod apertius id esse Ciceronis ostendat. Nos verò contra putamus, nihil esse, quod Ciceronis non esse, magis conuincat. Primum, quòd hominis imperitissimi, & lauream, vt aiunt, in mustaceis quærentis omninò fuisset, exemplo in ea re vti domestico. Deinde, quòd nullus adhuc, quod sciam, auctor probatus in aliqua arte tradenda id fecit: nonne etiam lege cautum est, nequis in re sua domestico vtatur testimonio? postremò, quî mihi probant isti, Ciceronem ea ætate, qua volunt, eos scripsisse libros, Terentiam vxorem iam habuisse, & ex ea Ciceronem filium suscepisse, ac testamentum fecisse? si non possunt, cur audent mutire? cur homines ridiculi rident eos qui id negant? & non temere? Nos autem ex ipso Cicerone didicimus, quando Cicero filius natus est: & ex eo facilè coniici posse affirmamus, quibus temporibus vxorem Cicero duxit: his enim verbis claudit primam Epistolam lib. primi ad Atticum.

L. Iulio Cæsare, C. Marcio Figulo consulibus filiolo meo auctum scito salua Terentia. Scripta fuit illa Epistola an. v. c. Sexcentesimo octuagesimo nono L. Iulio Cæsare C. Marcio Figulo consulibus. natus tum erat ipse Cicero annos tres, & quadraginta: vt ex his etiam verisimile sit, Ciceronem post trigesimum annum vxorem duxisse. Quæ quidem si vera sunt & isti vera dicunt, necessariò dicendum est, eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

libros à Cicerone post omnes orationes, quæ primo volumine continentur, fuisse editos. quod si absurdissimum est, & tam falsum, quàm quod falsissimum: si demonstratum est istos propter imperitiam vsus latinorum verborum malè sentire: & totum illud prooemium apertissimè ostendere, à quouis alio potius, quàm à Cicerone fuisse scriptum: si probatum est, quod, etiam si detur, negotia familiaria significare defensiones amicorum: per tempora tamen non potest Ciceroni tribui illud opus, cum nondum ad agendas causas in foro accesserit: si denique genus orationis illius operis copiam Ciceronis, & elegantiam non refert: dent iam tandem manus, seque in errore adhuc versatos fateantur isti peruicaces, & nobiscum affirment: illud opus Ciceronis non esse: sed præcepta dicendi, esse optima, & digna, quæ in scholis quotidie explicentur, & adolescentibus ediscenda proponantur, qui breui in dicendi facultate proficere student, & aditum faciliorem patefacere ad Ciceronis de eadem facultate libros: vnde perfectam sibi eloquentiam comparare possint. Qui vero sit eius operis auctor, alias fortasse statuemus.

FINIS.

Hæc omnia Bendinelli argumenta nullo negotio [illegible] [illegible] [illegible] optime defendi, quis tamen hac de re [illegible] debeat non [illegible]

Errata Sigonii.

AROLVS Sigonius vir in omni antiquitate Romana versatissimus, ac de rerum gestarum & memoriæ veteris ordinis cognoscendi studiosis optimè meritus permulta cum alibi, tum in Commentario in Fastos de hoc nostro Scipione scripsit : sed à nostris ita diuersa, immò ab Historiæ veritate ita abhorrentia : vt ea nullo modo dissimulare potuerim sine vel negligentiæ, vel imperitiæ, vel timoris suspitione, ne par pari referretur : cum id tantum abest, vt recusem : vt etiam magna sim ei gratiam habiturus, qui me errasse (id quod facilè fieri potuit) sine orationis acerbitate ostenderit : vel denique non sine aliqua existimationis iactura : nec enim sum tam rerum imperitus : vt non videam, quanta nominis celebritate, atque auctoritate Sigonii premar : vsuque venturum fuisse, nō intelligam : vt, qui vtriusque nostrum scripta legissent, meque non solum à Sigonio diuersa, sed interdum etiam contraria commemorare vidissent : statim me somniare, Sigonium verò historiæ deum esse, dicturi fuerint, Quam patiatur

tiatur, obsecro, Sigonius, me primum meam institutam scribendi rationem persequi: deinde me iam tandem existimationi, pro qua retinenda, & conseruanda non labori, non vigiliis, non sumptui peperci: quamque ipse nuper, vt exponam suo loco, violare, vt se contra Robortellium virum literatissimum, mihique amicissimum, publico scripto non dubitauerit, vt par est, consulere. Qua tamen in re ita & animo, & orationi moderabor: vt æquus lector me non ira, non inuidia, non maleuolentia vlla commotum, sed veritatis illustrandæ studio, honoritque mei tuendi necessitate impulsum facile iudicare poterit. quod hoc ordine fieri posse putaueram. vt primum, quæ Sigonius de Græcis & præsertim ex Appiano sumpsit, afferrem: deinde Appiani verba transcriberem: tertio loco, quo modo fuerant conuertenda, & quid in iis non probarem, ostenderem. Sed quoniam, hic noster Impressor, typorum Græcorum penuria laborat, Græca omittere cogimur. Hæc igitur Sigonius ex Libyco Appiani ad an. DCIIII.

At vero Scipio Aemilianus, qui tribunus militum M' Manilio ad quartam legionem venerat, cum Pœnos, cognito consulum consilio, suos ita dispositisse audisset, vt alii armati Romanorum impetum sustinerent, alii inermes ligna, & lapides in eos ingredientes, ex loco superiore coniicerent, maximum quod Romanis militibus iminere periculum prouidebat, sibi esse propulsandum censuit. Itaque cum cohortes suas in plures partes distribuisset, eatque nō procul à muris ex interuallo constituisset, datis mandatis, effecit, vt non eos solum in vrbem irrumpere: sed illos etiam, qui lacessentibus instare hostibus cuperent, à certamine cohiberent. Hec Sigonius ex Appiani, vt dixi, Libyco. præter illa pauca. Qui tribunus militum M' Manilio ad quartam legionem venerat. ex Sexto de Rep. Ciceronis huc translata, sed Appianus longè aliter rem exponit. quem nos ita vertimus.

Etenim quædam intus area conspiciebatur ad pugnam apta, vbi Carthaginienses, collocatis hominibus partim in

fronte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

fronte armatis, partim post hos cum lapidibus, & lignis, multis etiam circa ædes, quibus area cingebatur, dispositis, hostes, vt irrumperent, expectabant: Qui magis etiam irritati, quòd ab hominibus inermibns contemnerentur, audacter in eos impetum fecerunt. At Scipio, qui paulopost Carthagine capta, Africani cognomen inuenit, tum tribunus militum, se continuit, suisque cohortibus in plures partes diuisis, & iis iuxta murum ex interuallo collocatis, & Romanos ingredi in vrbem prohibebat, & ingressos, qui â Pœnis, vndique irruentibus, extrudebantur, excipiebat, atque conseruabat.

In Sigonio multa redundant, nonnulla etiam maximè necessaria desiderantur, ordo Appiani non seruatur. à quo Scipio audiuit, Pœnos ita suos disposuisse? quis hoc dicit? immò videbat, quo modo erant dispositi. nec video cur scribere debuerit: in eos ingredientes ex loco superiore cõiicerent: cum in Appiano nihil sit eiusmodi. nec ego dixissem: datis mandatis: cum dari mandatum ei (nisi fallor) dicatur, qui id alibi, non vbi est is, à quo mandatum accipit, curat. illud verò totum: sed illos etiam, qui lacessentibus instare hostibus cuperent, à certamine cohiberent: probare non possum. non enim Pœni lacessebant, sed lacessiti se se defendebant: nec fuisset prudentis tribuni cohibere à certamine suos, qui premerentur ab hostibus.

Sigonius.

Maioribus animis Pœni sumptis, summa vi ex vrbe silentio noctis egressi, castra Romanorum infesta redderent.

Nos sic.

Pœni autem audacius vrgebant Romanos, noctuque partim armati, partim inermes asseres secum allatos proximæ Manilii fossæ imposuerunt: vallumq; conuellere cæperunt.

Illa Sigonii verba: summa vi ex vrbe egressi: non sunt ex Græcis, nec vlla necessitas ea cogebat addere. νυκτὸς, reddidit: silentio noctis cum noctis silentium apud Latinos certũ noctis tempus significet, & pro nocte intempesta, ponatur Græcum autem verbum nullum certum tempus statuat.

Præterea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Præterea Appianus, quo modo Pœni redderent infesta castra Romana exposuit: Sigonius autem verbis paucioribus, sed latius patentibus id sibi faciendum non putauit.

Sigonius.

Scipio è portis castrorum eggressus iis, quæ longius à prælio aberant, cum impetum in Carthaginienses fecisset, eos tum repentina eruptione adeo exterruit, vt extemplo castra Romanorũ reliquerint, & intra mœnia se receperint.

Ita habent Græca.

Scipio è castris per auersam portam, vbi nullus erat hostis, cum equitibus egressus est, circumuectusque Carthaginenses perterruit. illi vero in vrbem sese receperunt.

Versio Sigonii, & si nimis luxuriat: tamen ex ea non possis cognoscere, pedibus, an equo Scipio sit egressus è castris. propterea quòd in ea desiderantur σὺν ἱππεῦσιν. cum equitibus. è portis castrorum etiam scripsit: quasi Scipio è multis, non ex vna eggressus fuerit.

Sigonius

Paucis etiam post diebus cum Carthaginenses Romanorum nauium præsidium inuasissent, simulque ciues in vrbe ad arma conclamassent, Scipio Manilio se, quòd clamoris causam ignoraret, castris tenente, magno animo, trepidantes cohortes suas educit, tum quosdam cum accensis præire facibus iubet, non vt per noctem acie dimicaret, sed vt illis tumultuosius omnia peruagantibus, maiorem speciẽ multitudinis offerret, atque terrorem hostibus incuteret. quo facto hostes perterriti statim, nauium expugnatione omissa in vrbem refugerunt.

Nos.

Carthaginiensibus noctu classis præsidium inuaserunt: & tumultus magnus, ac varius erat, tollentibus vna clamorem in vrbe de industria ad incutiendum Romanis terrorem, Carthaginiensibus. Manilius autem exercitum in castris continebat, vt qui in illius mali ignoratione, versabatur. Scipio vero equitum turmas timore perculsas facibus incensis eduxit, simulque præcepit: ne cum hostibus in

nocte

nocte congrediantur: sed circumcurrant cum facibus, & speciem multitudinis præ se ferant, hostibusque irruentibus terrorem sine intermissione incutiant. Quo facto duplici metu Carthaginienses in vrbem fugiunt.

In Sigonio illa sunt superuacanea. magno animo. omissa nauium expugnatione. nec ego scripsissem, expugnatione, sed oppugnatione. nec est redditum δίκοθεν à duobus partibus. ἱππέων λας. reddidit cohortes. nec est in Appiano: præire facibus.

Sigonius.

Asdrubal post quam varie vtrinque prælio dimicatum est, suas in castra copias, vbi à Romanis legionibus, nihil accipere detrimenti poterat, sibi reducendas, nullamque Romanis copiã dandam esse pugnæ putauit, ratus id quod res monebat. Romanos inopia cõmeatus ex iis locis mouere se coactos sibi in ipso flumine traiiciendo occasionem ad eos adoriendos vel maximam daturos.

Appianus.

Manilio, qui iam flumen transierat, fit obuius Asdrubal cædesque magna erat vtrinque, & Asdrubal in locum munitum cursu se se recepit, vbi nihil detrimenti à Romanis patipoterat, obseruabat, vt Romanos abeuntes aggrederetur.

Quam multa redundent in versione Sigonii vides candide Lector. φόνος ἦν πολὺς ἑκατέρων. vertit: vario vtrinque prælio dimicatum est: τὸ φρούριον. castra. contra illius vocabuli notionem.

Sigonius.

Scipio autem cum rem Romanam summum in discrimen adductam videret, haud sibi moram interponendam ad suos quocunque modo subleuandos ratus, satis vt in re trepida potuit, salutare consilium cæpit, ad trecentos equites, quos secum habebat, aliis, quos maximè potuit conuocatis, omnes in duas partes distribuit.

Sic Appianus.

Sed Scipio trecentos equites, quos circa se habebat, & alios quotquot colligere potuit, in duas partes distributos celeri cursu in hostes immisit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Et mehercule, si tam copiosè rem explicasset Appianus infinita volumina confecisset. sed dicat Sigonius, quid intelligat, per rem Romanam. num in paucorum cæde consistebat Imperium Romanum?

Sigonius.

Post quam in castra peruentum est. Appianus. ἕως ἐσταθμευσαν. quæ nam castra intelligit Sigonius? dicat ipse.

Sigonius.

Cum autem ad eũ collem, in quo cohortes obsidebãtur, peruenisset, cliui summa contento cursu superat, sic vt tantũmodo vallis inter se, & hostes intercederet. inde omnia contemplatus in Pœnos, qui iam acrius Romanos obsidione vrgebant diuersis è partibus impetum facit.

Appianus.

Cum autem ad eum collem, in quo cohortes obsidebantur, Scipio peruenisset: alterum è regione cursim occupauit, angusta valle diremptum. Libyci vero omnibus viribus præmebant obsessos. Ap. ἀλλὰ περιέδραμε δι' αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς πολεμίους. Sed transcurrit per radices vtriusq; tumuli supra hostes. malè Sigonius dixit, in Pœnos impetum facit: cum is dicatur impetum facere in aliquem, qui recta in eum fertur, & armis cum eo contendit. malè etiam salutem petere. quod propriè dicitur de eo, qui pugnando eò deuenit, vt illi aut fugiendum sit, aut in hostium manus veniendum, aut moriendum.

Sigonius.

Fuga salutem petere contenderunt. Appianus. διέφευγον ἀκοσμιως. diffugere turbatis ordinibus. Appianus, quo modo diffugerint Pœni vno aduerbio ἀκοσμιως ostendit. Sigonius omisit.

Sigonius.

Vt

Vt verbis ab eo ſuis ſepulturam cadaueribus peteret. Petere ſepulturam alicui, eſt, niſi fallor, petere, vt aliquis concedat: vt cadauer alicuius poſsit ſepulturæ mandari. At Scipio captiuum miſit rogatum Aſdrubalem, vt ipſe ſepelliret, vel ſepelliendos curaret.

Sigonius.

Sed plebem etiam ei ita conciliarunt, vt is proximis comitiis conſul a compluribus tribubus diceretur.

Si hæc geſta ſunt anno V. C. DC IIII. & Scipio conſul fuit an. V. C. DCVI. quo modo Sigonius dicit, Scipionẽ proximis comitiis conſulem creatum fuiſſe, cum proximis comitiis conſules creati fuerint Sp. Poſtumius, & L. Piſo? Præterea hic dicit, à compluribus tribubus conſulem ſuis dictum: infra vero, vniuerſi populi conſenſu. hæc enim ad annum DCVI. ſcribit. Scipio vniuerſi populi conſenſu cõſul declaratus eſt.

Sigonius ad an. DCVI.

Vt cui vellet, mandare, cui nollet abrogare magiſtratum ſuo iure poſſet. *Appianus*.

Populus precari nõ deſiſtebat, vociferans, ſe legibus Tullii, & Romuli factum fuiſſe comitiorum arbitrum, & poſſe leges ad ea pertinentes, vel antiquare, vel ratas habere.

Non video quo modo poſsit populus, ſi eum non mandat, abrogare magiſtratum.

Sigonius.

Druſus Scipionem poſt ſe debere ſortiri prouinciam contendebat, populus autem reclamans, & mandandarum etiam prouinciarum ius ſuum eſſe dicens Scipioni Africam, ac totum bellum ſine ſorte commiſit.

Appianus.

Et ipſum collega Druſus Libyam ſortiri ſecum poſtulabat, donec vnus è Tribunis eum docuit, præficiendi quoque prouinciæ populi iudicium eſſe. & populus Scipionem delegit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Non memini, me legisse, sortiri prouinciam post collegam. nec quo modo id fieri possit diuinare queo.

Sigonius.

Tum Piso educto iam ex hybernis exercitu Carthaginis partem eam, quæ continentem spectat, oppugnabat.

Appianus.

Calpurnius autem Piso oppugnabat oppida mediteranea.

Sigonius.

Militibus egregiè laborantibus vrbem ingredi conabatur. Dum Sigonius breuis esse hoc loco præter consuetudinem laborat, ita fit obscurus, vt quid narret, non intelligatur. Sic Appianus. Quidam militum audacter in murum ascenderunt, sed Carthaginienses contempta paucitate portam ad eas rupes ferentem aperuerunt: & in Romanos impetũ fecerunt: at Romani fusis, fugatisque Pœnis in vrbem vna cùm illis per portam irruperunt. Militibus, inquit, Sigonius egregiè laborantibus. pro strenuè operam nauantibus. quod mihi est inauditum. reliqua consideret æquus lector.

Sigonius

Nuncios statim ad principes Vticensium mittit, qui eos quanto in periculo sit, quantaque cõmeatuum penuria conflictetur, edoceant, eos è vestigio, vt sibi subsidio sint, rogẽt. Appianus narrat, Mancinum literas misisse, non nuncios, his verbis. Scipio circa mediam noctem ea legit, quæ Mancinus scripserat. dicit etiam Sigonius, Scipioni tertia ferè vigilia nunciata fuisse ea de Mancino. ego nõ puto mediam noctem, & tertiam vigiliam idem esse.

Sigonius.

Ab adolescentibus Vticensium, qui per ætatem poterant, commeatum ad naues comportari iubet.

Appianus.

Scipio iussit statim per præcones conuocari ad mare iuuentutem Vticensium. Non video, cur Sigonius scripserit: qui per ætatem poterant. Si erant adolescentes, cur non poterant commeatum ferre? sed Appianus dicit, id onerarijs senioribus à Scipione fuisse impositum.

Erecti

Sigonius.

Erecti ſuper ſtramenta. Appianus. vt erecti ſtarent ſuper foros.

Sigonius.

Mancinus quingentos, quos ſolos in armis habuit, duobus hoſtium millibus à fronte oppoſuit.

Mancinus, inquit Appianus, orbe facto, ſolis quingentis, quos armatos habebat, circundedit inermium tria milia.

Sigonius.

Iamq; vulnere accepto à muris pulſus profligari videbatur. Appianus, Vulneratus autem Mancinus, & in anguſtum compulſus, iam per mœnium prærupta præcipitabatur.

Sigonius.

Hanc cum adoleſcens quidam audacter aſcendiſſet, accitis properè aliis, ab ea ad muros vrbis haſtis, aſſeribuſque traiectis pontem facere inſtituerunt.

Adoleſcentes, inquit, Appianus, in turrim audaces aſcẽdere fecit, qui iaculis è muro cuſtodibus expulſis, ligna, & aſſeres ex interuallo iniecernnt, & per ea in muros tranſgreſsi in Megara deſcenderunt.

Sigonius.

Scipio autem cum Megarorum campum anguſtum, atque arboribus obſitum, ac rubis, & vepribus impeditum conſpicaretur. Sigonius ſupra loquens de Megaris, qui, inquit, locus eſt vrbis ampliſsimus: hic vero, campum anguſtũ appellat. Sed Appianus hæc habet.

Nam Megara hortis, & arboribus æſtiuos fructus ferentibus erant referta, maceriis etiam, & ſepibus viuis, aliiſque ſentibus; & riuis flexuoſis interfluentibus abundabant.

Sigonius.

Excruciatos interfecit. Appianus. omnes adhuc viuos per rupes præcipitauit.

Sigonius.

Reliquas foſſas ex quibus in vrbem deſpectus eſſet, vallo firmauit; ac per tria millia paſſuum muro ſepſit. cuius altitudo pedes duodenos ſupergreſſa eſt, profunditas dimidio amplior fuit.

Ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Appianus.

Ea vero parte, quæ Carthaginem ſpectabat, murum exciitauit xxv. ſtadiorum longitudine, altitudine pedum duodecim. sigonius, τῇ δὲ ἐς τὴν καρχηδόνα ὁρώσῃ. conuertit, reliquas foſſas, ex quibus in vrbem deſpectus eſſet. ſed quæ illa fuerit profunditas muri dimidio amplior. dicat ipſe. vt etiam quo modo ex foſsis poſsit eſſe deſpectus in vrbem ſ̃nã ſemper credidi deſpectum ſignificare proſpectum ex ſuperiori loco in inferiorem, auctore Cæſare lib. vii. erat, inquit ex oppido Alexia deſpectus in campum. sed videat etiam sigonius quomodo potuit Scipio ſepire foſſas muro, cum ſepire ſit circundare. Cicero lib. xv. familia. Vallo, & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi. dicat præterea, ex quo auctore ſumpſerit. altitudo muri ſupergreſſa eſt pedes duodenos. Vides ne Lector humaniſsimè, vt flagitia ferè verba æquant?

Sigonius

In medio turrim excitauit, & ſuper ipſam quadratum è ligno propugnaculum ſtatuit.

Appianus.

In medio turris erat altiſsima, cui tectum è ligno teſtudinatum impoſitum fuerat.

Sigonius.

Paruis lembis. Appianus φορτίδες. naues onerariæ.

Sigonius.

Sed vt poſtridie alacrius ad dimicandum redirent. Appianus. ſed vt rem in diem inſequentem differrent.

Sigonius.

A maioribus Romanorum nauibus occupati, cum progredi non poſſent aggerem petierint.

Appianus.

Vnde maiores Pœnorum naues ſubſequentes portus introitu prohibitæ fuerunt, & ad aggerem confugerunt.

Parua Carthaginienſium nauigia, quæ prima fugere cæperant obſtruxerant os portus ita, vt maiora, quæ ſubſequebantur, portum intrare non potuerint.

Car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Sigonius.

Carthaginiensibus quidem consistentibus, & leuis nauigatio, & facilis pugna Romanis erat. cum autem regrederentur difficili grauiorum nauium suarum agitatione magna sæpè incommoda à circumcursantibus Pœnis accipiebant.

Appianus.

Romanis facilis erat impetus, & pugna cum nauibus stantibus: sed receptus ad suos propter nauium longarum conuersionem tardi, atque difficiles. vnde eadem patiebantur incommoda, quibus affecerant hostes.

Quo modo poterant Pœni circumcursare, quos supra consistere dixit?

Sigonius.

Illi enim longis funibus cum suas naues inter se constrinxissent, magno tum in hostes impetu ferebantur, prælio vero commisso, id pugnabant, vt firmissimis funibus in hostium puppes iniectis eorum naues arctissimè religarent, earumque celeritatem hoc modo retardarent, quos deinde secuti cæteri magno periculo euaserunt. Dii boni, quæ portenda hîc narrat Sigonius? Aliter Appianus. Ancoras, inquit coniecerunt ex longo interuallo in pelagus: harum funibus longissimis nauium puppibus alligatis, impressionem in hostes remigio faciebant, & commissa pugna, retrocedebant, naues à pupibus funibus ipsis retrahentes: iterum magno impetu, pulsuque remorum in Pœnos ferebantur, rursus eodem modo retro naues agebant.

Dicat, obsecro, mihi aliquis rei nauticæ peritus, quo modo quinque naues funibus constrictis inter se magno impetu possint ferri in hostes. Doceat, quam facilè possent iniicere funes in puppes hostium, & eas arctissimè religare, quasi aliqui essent hirci, aut boues.

Sigonius.

Scipio postridie mane aggerem aggressus, cum infirmum admodum propugnaculum id esset, quod portis imminebat arietibus, aliisque machinis admotis partem muri deturbauit.

Scipio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Scipio autem exorta luce aggerem aggressus est (erat enim opportuna munitio ad portum infestum reddendum) & Loricæ partem admotis arietibus, aliisque machinis deiecit.

Non video, vnde nam Sigonius coniecerit illud suum propugnaculum portis imminere, &, quod mireris, pluribus portis.

Sigonius

Carthaginienses nocte è muris ad ipsas munitiones Romanorum incendendas erumpunt. cum autem ad eas propius accedere nequirent, omni aditu terra, mariq́ue præsepto, nudi facibus extinctis, ne conspecti præuenirentur, natantes exierunt, ad easque delati ignem intulerunt.

Appianus.

Carthaginienses nocte eruptionem fecerunt in machinas Romanorum, non ii quidem terra, cum nullus pateret aditus: non nauibus, cum ibi mare vadosum esset: sed nudi cũ facibus extinctis, ne à longe conspicerentur, mare ingressi sunt, qua nemo suspicatus fuerat: horum partim summis pectoribus extantes progrediebantur, partim natabant. qui vbi ad hostium machinas peruenere, & incensis facibus conspecti sunt, atrox pugna commissa est.

Reliqua tu lector iudicabis: ego quæram tantum ex Sigonio si omnis aditus terra, mariq́; præseptus erat, cur infra dicit, eos natantes exiisse? præuenirentur, puto, non esse propriè positum.

Sigonius.

Scipio equo accurrens, ac terrorem mortis illis iniiciens qui terga dedissent, plurimos conseruauit.

Appianus.

Scipio timens foras obequitabat cum equitibus iussis, suos, ni fugere desisterent, cæderent, & fuerunt, quos percussit, & interfecit: donec complures necessitate coacti in castra incolumes rediere.

Sigonius, vt omittam intempestiuam breuitatem, dicit equo. Appianus, μετὰ ἱππεῶν. cum equitibus. Sigonius qui terga dedissent. Appianus, εἰ μὴ λήξαιεν τῆς φυγῆς, nisi

fugam

fugam sisterent. nam iam cæperant fugere. Sigonius plurimos conseruauit. Appianus. οἱ πλείους διεσώθησαν, ἐς τὸ στρατόπεδον. plures incolumes in castra redierunt.

Sigonius ad an. DVII.

Cum plures esse in Africa Scipio comperisset, qui Pœnos cõmeatu, cæterisque rebus iuuarent, eos sibi de medio tollendos statuit. itaque ad eorum motus comprimendos, militibus in diuersas partes in hyberna dimissis, ipse in Diogenem quem Asdrubali fauere audierat, Nepherim versus per stagnum contendit.

Appianus.

Scipio statuit Pœnorum copias. quæ erant in agro ẽ medio tollere, vnde illis commeatus submittebantur, dimissis igitur aliis aliò ex suis militibus ipse Nepherim cõtra Diogenem quendam, qui Asdrubalis adiutor erat, per stagnũ nauibus est profectus, iusso C. Lælio terra eodem maturare.

Appianus non dicit in Africa, sed in agro Carthaginiensium, neque ego intelligo. qui fuerint illi motus, ad quos cõprimendos milites Scipionem misisse Sigonius dicit. & aliud est ẽ medio tollere, aliud comprimere motus, nec dimisit milites in hyberna Scipio, sed ad oppida expugnanda, & in deditionem accipienda. vt probabo si opus erit.

Sigonius

Duabus turribus ad Nepherim collapsis.

Diogenis, inquit, Appianus, vallo, quod erat inter duas turres, colapso, vel diruto.

Sigonius.

Quare Afri, qui intus erant, perculsi, cum multo plures hostes, quam qui cõspiciebantur, adesse putarent, iamq; Diogenis castra, quæ ipse cum leui præsidio reliquerat, in hostium potestatem veniisse non ignorarent, in fugam coniiciuntur.

Appianus.

Et cum primi iam intus essent, Afri, re statim animaduersa, maiorem multo numerum, quam qui conspiciebatur, adesse putantes, in fugam sese coniiciunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Omnis Sigonii error in eo est, quod putat: Scipionem tum Nepherim oppugnasse: & cum supra dicit, qui intus erant, intelligit, Nepherim, cũ tamen Scipio castra Diogenis oppugnaret. & quis dicit Diogenem reliquisse castra cum leui præsidio? nonne erant illa Diogenis castra in quibus illi erant Afri, & tum sunt capta?

Sigonius. Duabus turribus ad Nepherim collapsis, locũ sibi insidiis datum esse Scipio arbitratus, mille delectos equites in insidiis post Diogenem locat, ii, qui à tergo dispositi erant, vt mandatum eis fuerat, vallum, ne suspicante quidem quoquam, aggrediuntur.

Appianus. Diogenis vallo, quod erat inter duas turres, collapso, Scipio illuc accessit, & mille delectos milites post Diogenem collocauit, ii mille, qui post Diogenem in insidiis collocati fuerant, de improuiso, & præter Afrorum opinionem vallum, vt illis imperatum fuerat, audacter inuasserunt, idque conuellere, atque transcendere cæperunt.

Scribit Sigonius, Scipionem mille delectos equites in insidiis collocasse, & hos vallum, ne suspicante quidem quoquam, aggressos fuisse. quis vnquam audiuit equites aggredi vallum? ergo non equites, sed pedites fuere:

Sigonius. Qua victoria, cum complures præterea Libyæ vrbes ad eum defeciissent, ipse potissimum ad Carthaginis expugnationem accensus est.

Appianus. Hæc autem victoria maximè contulit ad expugnationem Carthaginis.

Sigonius. Id autem præsentiens Asdrubal Cothonis partem nocte succẽdit, ratus ea parte, se ex improuiso in Scipionis exercitum inuasurum, atque eo quidem consilio ex vrbe cum lectissima militum manu eggressus prælium fortissimè cum Scipione committit. interim C. Lælius à tergo per ambitum Cothonis nauibus circumuectus ex altera parte lõge aliter, quam Pœnus putauerat, magno clamore sublato, in eos impetum facit.

Appianus. Asdrubal verò partem Cothonis quadratam cõbusit, ea spe, vt eam quoque Scipio occupare conaretur

intentis

intentis igitur in id animo Carthaginiensibus, Lælius clam rotundâ ipsius Cothonis partẽ inde auersã ascendit, & sublato, vt in victoria fieri solet, clamore, Pœni perterriti sunt.

Asdrubal, auctore Sigonio, Cothonis partem succẽdit, vt ea parte ex improuiso innaderet: tamen non ex ea parte Cothonis eggreditur, sed ex vrbe. quî ista cohærent? vnde habuit Sigonius, vt scriberet, Lælium nauibus circumuectũ? quî poterat Lælius in hostes, muro intercedẽte, impetũ facere? Tu lector reliqua ex cõiectura scripta à Sigon. perpẽde.

Sigonius. In omnes partes passim fugam capessunt eos fugientes insecutus Scipio, partim cæcidit, partim cæpit, partim in vrbem se coniicientes vix mortis periculum euitarũt.

Seriò ne, an ioco agit, hic noster Sigonius? ne viuam lector humanissimè, si vel vnũ eiusmodi verbũ est ĩ Appiano.

Sigonius. Scipio commeatum omnem, qui non procul aberat, intercepit.

Appianus. At Scipio muro potitus, qui Cothonem cingebat, forum ei propinquum occupauit.

Sigonius. Vbi illuxit, facta in muros vrbis impressione, qua parte conciderant, vrbem frustra retinentibus Pœnis ingreditur, cum grauioris armaturæ militum quatuor millibus, irruptione eius in vrbem, magna Carthaginiensium pars in Birsam confugerat, & ex ea pugnabat.

Dii boni quid est hoc? ita me Dii ament Lector cãdide, vt cũ scripta huius hominis lego, mihi somniare videor. supra de captis Megaris hæc scribit. Carthaginienses omnes se repente contulerunt in arcem tam ii, qui in vrbe erant, quam ii, qui foris in vallo confederant. hîc dicit magnam partem eorum in Byrsam confugisse, & ex ea pugnasse. dicat, obsecro, quocum pugnabat? cum Romanis? minimè. nondum vrbem cæperant, ne dum Byrsam oppugnarent. illa duo tantum verba ex Appiano sumpsit, vbi illuxit, reliqua omnia sua sunt. cum impressio sit aciei impetus in aduersariorum aciem, sine auctore dixit, facta impressione in muros, supra dicit, vrbem ingreditur. infra, irruptione eius in vrbem, quasi idem sit ingressus, & irruptio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Sigonius. Prima ædificia sibi occurrentia deiicit. *App.* Romani primas ædes expugnarunt. *Sigonius.* Tum iussu eius tribus partibus illato incendio reliquus in vrbe exercitus accersitus est. Appianus. Ac tribus simul, atque eodem tempore vicis ignem inferri iussit.

Sigonius. Ita patefactis Birsæ portis. Appianus. Patefacta ab ipsis angusta porta antemurali. *Sigonii* sunt hæc. Transfugæ autem cum propter impositum arci præsidium, locum non esse eruptioni viderent. & hæc. Asdrubal paulatim se suorum è concilio subducẽs, cum sibi salutem extremis vrbis temporibus quoad posset consulendum putauit, Sigonius, infinita penè maximè necessaria non attigit; nec pauciora non necessaria addidit ex coniectura.

Sigonius. Asdrubal autem paulopost sibi necem conscisse à multis traditum est.

Appianus. Hoc quidem genere mortis vxorem Asdrubalis periisse dicunt, quo ipsum Asdrubalem oportuit.

Sigonius. Misit in Siciliam alias naues. Appianus. ἐς δὲ σικελίαν ἔπεμπεν. in Siciliam misit. Valerius lib. v. cap. pri. literas misisse scribit, idẽ Cicero de prouinciis consularibus.

Sigonius. Inde prædam omnem militibus præter aurum argentumque, & insignes statuas dispartiuit. *Appianus.* Scipio per aliquot dies exercitui permisit, omnia diripere, præter aurum, aut argentum, aut donaria.

Sigonius. Argenti quater millia quadringenta & septuaginta millia pondo præ se eum tulisse scribit Plinius. verba Plinii lib. xxxiii. cap. xi. sunt hæc. Africanus sequens cum de Pœnis triumpharet, quater millies cccc. lvx. M. pondo transtulit. Sigonius pro transtulit, dixit, præ se tulit.

Sigonius. Ita Carthagine, Africaque in potestatem redacta Africani cognomen sibi, vt auus etiam eius fecerat, vindicauit. Vindicare propriè est, quod punire, quod vlcisci. in Sigonio positum est, pro assumere sibi, pro vendicare. Sed fac idem significare, quod assumere, & vendicare. Africanus Maior nunquam, quod legerim id cognominis sibi attribuit. Liuius lib. xxx. Africani cognomen militaris

ris prius fauor, an popularis aura celebrauerit, an ſicuti felicis Syllæ, Magniq́ue Pompei patrum memoria cæptum ab aſſentatione familiari ſit, parum cõpertum habeo. hæc Liuius. At nihil erat, vt Africanus Minor ſibi eiuſmodi cognomen arrogaret, cum id haberet hæreditarium: & ante etiam euerſam Carthaginem Africanus appellaretur.

Sigonius in ſcholijs in Fragmenta in Somnium Scipionis.

Plebs autem cum Scipionem eum pro commodis ſociorum contra ſua pugnare animaduerteret, cui bis ipſa ante tempus conſulatum mandaſſet.

Scipio bis conſul fuit primum ante tempus, deinde ſuo tempore, vt Lælius Ciceronianus, vt alios mittam, dicit in libro de Amicitia his verbis. Quibus conſul fuit, primum ante tempus, deinde ſibi ſuo tempore Reipub. penè ſero.

Sigonius ad an. DCXIX.

Africano Hiſpania Fuluio Sicilia euenit. & ſex verſibus infra. Factus ergo, inquit, magna populi voluntate, maiore Reipub. ab eo gerendæ ſpe Scipio conſul cum bellum Numantinum extra ſortem, vt etiam antè Punicum gerere iuſſus eſſet, animũ ad belli apparatus neceſſarios applicauit.

Euenire, & extra ſortem mihi prorſus contraria videntur. euenire enim in hanc ſententiam nuſquam legi ſine ſorte. Cum enim dicit, Africano Hiſpaniam Fuluio Siciliam euenisſe, intelligimus eos eiuſmodi prouincias ſortitos fuiſſe, & ſorte Scipioni Hiſpaniam euenisſe, & Fuluio Siciliã. quod ſexcentis hiſtoriæ locis poſſem confirmare.

Sigonius ad annum DCXIX.

Non eſt, quod id quiſquam Valerii ſententiæ repugnare arbitretur. eſt enim abſens accipiendus pro eo, qui non petendi cauſa in campum deſcendiſſet, & omnino, qui non peteret. quo modo ſæpè locutum eſſe Dionyſium, & Liuiũ docui in Scholiis Liuianis.

Idem in Scholijs in Fragmenta Ciceronis.

Delegere iterum abſens conſul. expone abſentem, id eſt, non petentem. ſic enim ſæpè Dionyſium, & Liuium locutũ eſſe oſtẽdi in Scholiis Liuianis. Qui enim dici poteſt Scipio

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

tum abfuiſſe, cũ certũ ſit, ex Valerii lib. viii. cap. x. quæſtoriis comitiis, cum Q. Fratris filiũ in campũ deduxiſſet cõſulem eũ eſſe factũ? Lælius quidem etiã apud Ciceronem in Dialogo de Amicitia; Scipionem nunquam petiiſſe confirmat. *Bis idem repetit, de abſente, reſtat vt videamus, an idem doceat ĩ ſcholijs Liuianis quo nos reijcit, in quibus hæc ſcribit.*

Non eſt prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos ſæpè, in primis autem Glareanum torſit, explicetur. id eſt, quid ſit apud Liuium abſentem conſulem creari. non enim eum ſignificat tantum, qui abeſt ab vrbe: ſed etiam eum, qui cum in vrbe ſit, abeſt à campo, in quo tamen comitia creandi magiſtratus cauſa habeantur. Sic loquitur lib. iiii. Plebs Tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium abſentes fecit. Hos verò ex caſtris in vrbem cum conſule reuerſos paucis ante verſibus tradidit. & hoc libro ſupra. Conſul ex dictatura factus M. Valerius, non petentẽ atq; adeo abſentem creatum tradidere quidam. Sic hoc loco. Q. Fabius, & P. Decius facti conſules ſunt, cũ in campo non adeſſent. Ap. Claudius prætor cum non ſolũ in cãpo, ſed ne in vrbe quidem tum, ſed in Hetruria verſaretur. Hoc aũt ita eſſe, apertè docet Dioniſyus lib. ix. de Ap. Claudio conſule abſente facto, id eſt, vt ipſe interpretatur, qui in campũ non deſcenderat. Ἄππιον Κλαύδιον πολλὰ ἀντειπόντα καὶ οὐδὲν εἰς τὸ πεδίον ἐλθεῖν βουληθέντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲν ἧττον προεβούλευσαντο, καὶ ἐψηφίσαντο ἀπόντα ὕπατον.

Hæc Sigonius, in quibus mihi contrarium potius docere, quàm idem videtur. tribus enim Liuii locis, & vno Dionyſii probat apertiſsimè, abſentem creari, non eum tantũ ſignificari, qui abeſt ab vrbe, ſed eum etiam, qui cum in vrbe ſit, abeſt tamen à campo. Hîc verò, & in Scholiis in Fragmenta dicit, abſentem accipiendum eſſe pro eo, qui non petendi cauſa in campum deſcendiſſet, & omninò qui non peteret. Deſcendere in campum, & abeſſe à campo, mihi videntur contraria. & tamen dicit ſe idem docere. Prætereà dicit ſæpe Dionyſium ita locutum, cum tamen vnum tantum afferat locum. Dicat etiam, cur Dionyſium, & Liuium ſcribit, & non Liuium, & Dionyſium?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Sigonius ad an. DCX. *Ap. Claudio Q. Metello cos.*

His consulibus (vt opinor) P. Scipio Africanus à Senatu legatus in Aegyptum, Siriam, Asiam, Græciamque ad regũ, ciuitatum, & gẽtium animos perspiciendos cum L. Metello & Spurio Mummio missus est. quam legationem ante censuram, Panætio præceptore comite, Africanum obiisse scribit Cicero in Lucullo, & libro de Republica. vi.

Hoc ipsum conatur confirmare in Scholiis in Fragmenta Ciceronis pag. 92. duabus rationibus, auctoritate Ciceronis, qui in Lucullo legationem ante censuram Africanũ obiisse dicit: & verisimili coniectura quòd L. Metellũ virũ consularem ei nõ adiunxissent, cũ moris esset, vni consulari legato duos non consulares adiungere. at si post censuram misissent, L. Metellum iam consularem non addidissent. & addit. Hoc aũt, ideircò dico, ne quis temere Valerio assentiatur, qui lib. iiii. cap. iii. Scipionem scribit, post duos consulatus, & duos triũphos hoc legationis officio esse functũ. Nam quod hoc in loco Cicero censurã legationi præferat, id orationis cõmoditas videtur vel defendere posse, vel excusare.

Primùm dicimus Sigonium sibi non constare, nam in cõmentario in Fastos dicit, Ciceronem in vi. de Rep. scribere Africanum obiisse eam legationem ante censuram. in Scholiis verò post censuram. Deinde ex rationibus, quibus nititur altera ridicula est, altera inconstans. nam quis eum sine risu audire potest, qui dicat Ciceronem orationis commoditate ordinem historiæ perturbasse? quòd altera sit inconstans, ex eo apparet, quod is mos adiungendorum duorum non consularium vni legato consulari, non est seruatus, vt ex multis Liuii locis colligitur, quos proferam, si opus fuerit. Ad hæc, quis non putet, iis potius esse credendũ, atque assentiendũ, quæ Cicero scripsit adhuc animo, ac memoria vigens, quam iis, quæ iam grandis natu, ætate affecta, & viribus, & animi, & corporis infirmis? Adde etiam tempora Reipublicæ turbulentissima, adde domesticas molestias. Nam libros de Republica, vt colligitur, ex epistola xiii. lib. i. & ex v. lib. iii. ad Q. Fratrem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

& ex xiii. lib. iiii. ad Atticum, scribere instituit in Cumano an. V. C. 699. ætatis suæ 53. & eodem anno, vt arbitror, edidit. Lucullum verò an. V. C. 708. Republica iam occupata. Cum enim dominatu vnius Cæsaris omnia tenerentur, nihilque aliud, vt ipse multis in locis testatur, agere posset, ad philosophiam se retulit: & præter cætera Lucullum scripsit. vt omninò verisimilius sit eum iis de causis quas attuli, memoriæ vitio lapsum, quam tum, cum de Republica scripsit. Quare & si in vita hanc legationem reiecimus in an. 618. V. C. hic tamen fatemur, nihil certi de anno statui posse. quòd autem post censuram legationem obierit, hoc audacter affirmamus ex Valerio, Floro, Iustino, Strabone, Plutarcho, Gellio, Athenæo. Verba Sigonii supra hæc sunt: Nam quòd hoc in loco Cicero censuram legationi præferat. Genus dicendi mihi prorsus inauditum. paulo etiam ante loquens de Scipionis accessu ad Massanisam. Qui inquit, eundem Scipionem paucis antè mensibus in iisdem tectis recepisset. dicendum fuit; iisdem tectis, aut in eadem tecta. Quoties autem Scipio ad Massanisam iuerit, disputabimus, si ita Sigonio videbitur. Ego enim ter illuc Africanũ accessisse in vita scripsi Sigonius bis in Scholiis in Frag. *Sigonius*. Magnam præterea seruorum manum armauit, amicis quoque quingentis quos secum educeret, ex omni nobilitate delectis. hæc Sigonius ex libro de rebus in Hispania gestis à Romanis cum Carthaginiensibus. *Appianus*: Et clientes Roma, & amicos quingentos eduxit, quos in turmam conscriptos philonilem appellauit. id est amicorum turmam.

Non video cur Sigonius, magnam, addere debuerit: nec vnquam credidi, πιλατας hîc significare, seruos, & cur seruos potius, quàm liberos armaret? cuiusnam erant illi serui, vt eorum armandorum facultatem haberet? dicat ipse cur etiam addiderit, ex omni nobilitate. & an credibile sit (nihil enim eiusmodi est in Appiano) Scipionem habuisse omnem nobilitatem ita amicam, vt ex ea quingentos iuuenes deligere posset.

His

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Sigonius. His autem, ac reliquis necessariis rebus apparatis, partem exercitus ad quatuor millia hominum Fabio fratri tradidit, ipse ante eum cum reliquis copiis in Hispaniam ire contendit.

Appianus. Omnes, qui erant ad quatuor millia, ducendos fratri Buteoni tradidit, ipse cum paucis in Hispaniam ad exercitum contendit.

πάντας. Sigonius vertit, partem exercitus. ὀλίγοις. Reliquis copiis. Ego vero intelligo, Scipionem ire contendisse in Hispaniam tantum cum paucorum, vt fieri solet, comitatu & quatuor millia fuisse, quos Romæ scripserat.

Sigonius. Eò verò cum venisset, non protinus in hostes se intulit, vt eos tanquã imparatos circumueniret; quod exploratum haberet, nunquam id genus hominum adeò ocio, luxuriaque diffluere, quin ipsa naturæ suæ ferocitate apparatus aliorum facilè superaret.

Hæc omnia sunt Sigonii, & omnino superuacanea, & particula, Quin, pro, vt, aduerbio apostatico, & pro non. nusquam me legisse memini. si per apparatus intelligit hostium copias, non proprie est locutus. nam hostes, vel hostium copiæ superantur.

Sigonius. Quod genus belli, ac Numantinorum vires, quantæ essent non ignotas haberet, verum interea frumenta eorum incenderet, & agros ipsos perpetuis populationibus infestos faceret. cum autem vastatis agris castra sibi propius vrbem putaret esse admoueda, duo esse itinera, quibus eò peruentri posset, inueniebat; vnum angustum, atq; difficilè, alterum quanquam multo superiore longius, tamẽ & facilius, & expeditius.

Appianus. Adhuc considerans ipsorum genus belli, opportunitatem ipsius, & impetum Numantinorum, quò conuerterent, quæ verò post exercitum erant ea omnia, vastabat, frumentum adhuc viride metebat, vbi vero hæc demessa fuerant, & vlterius progredi oportebat, via, quæ Numãtiam per planitiem ferebat, breuis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Illa verba ἐς πρόσθεν ἐπὶ βαδίζειν reddidit. cum autem vastatis agris castra sibi propius vrbem putaret esse admouenda. cũ sententia Appiani videatur esse, quòd Scipio, vastatis agris post se cogebatur, vlterius progredi. quòd agris vastatis, non satis commode potuisset exercitum alere. Ego non video, cur duo esse itinera dixerit, & addiderit, angustum, difficile, facilius, expedi ius. cũ nihil eiusmodi habeat App.

Sigonius. Quod timendum sibi esse diceret, ne si angustiore via exercitum duceret, repentinam in se hostes eruptionem facerent, iumentis plaustris, & impedimentis reliquis implicatum, neque ea de causa satis vel ad pugnandum, vel ad pedem referendum paratum. quod si illi feciſſent, se, nec si viciſſet, magnum quæstum facturum, nec, si victus esset, nisi cladem incredibilem accepturum. *Appianus.*

Ille dicebat, se reditum timere, quòd tum hostes essent expediti, & erumperent ex vrbe, & in vrbem redirent, nostri vero onusti redeunt, vt à frumentatione, defessi, & iumenta, & plaustra agunt, & sarcinas ferunt difficileque prorsus, & dispar esset certamen. Victi enim magno in periculo versaremur, vincentes rem neque egregiam, neque quæstuosam faceremus.

Hîc etiam dicit, angustiore via. non erat illa via angustior, sed minus tuta propter causas, quas cõmemorat. & præterquàm quòd inuertit ordinem Appiani, dicat Sigonius, quare ductus scripserit, cladem incredibilem accepturum. non ne Scipio vinci potuisset sine incredibili clade? si igitur tam multa de suo addit, cur tertio quoque verbo se ex Appiano sumpsisse dicit? *Sigonius.* Rutilium Rufum cum delecta equitũ manu, qui eorũ incursiones contineret, immittit. *Appia.* Scipio vero Rutilium Rufum, iussit quatuor equitũ turmas capere & hostes infestantes reprimere. Quæro primum ex Sigonio, cur non posuit numerum equitum, vt Appianus. Deinde cur addidit, delecta. postremò eam molestiam, quam hostes Romanis exhibebant, nõ puto appellari potuisse, incursionem. Nam incursio pertinet potius ad eos, qui vastandi, ac depopulandi causa faciunt incursiones, quàm ad eos, qui alienas populationes vellent impedire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Sigonius. Duci autem prudenti in primis eiusmodi habēdā rationem esse, vt nullo vnquam tempore; nisi aut monēte occasione, aut necessitate vrgente certaret. neque .n. turpius. quicquam in re militari posse cōtingere, quam si quid Imperator eiusmodi cōmisisset, vt sibi dicendū esset nō putarā.

Appianus. Stultum esse periclitari ob res paruas. & eum Imperatorem esse negligētem, qui ante occasionem pugnat eū vero esse bonū, qui sola vrgēte necessitate periculū subit Hoc est proprium Sigonii in hoc suo cōmentario, vt quod pluribus eget, id ipse paucissimis explicet: quod paucissimis, pluribus, & vt necessaria omittat, superuacanea, & non necessaria scribat.

Sigonius. Cumque ad locum venisset equitatum in duas partes distribuit, eumque ab vtraque parte signa inferre in hostes iubet, iactisque iaculis, gradum sensim, quo ad se cum reliquis copiis coniungerent referre.

Appianus. Et vbi insidias inuenit in duas partes equites diuisit, & vtrique ipsorum parti imperauit: vt vicisim irruerent in hostes, iactisque simul telis ab omnibus, statim retrocederent, non in eundem locum, sed semper pedetentim aliis à tergo se applicarent, pedemque referrent.

Imperauit Scipio vtrique equitatus parti, vt modo hæc, modo illa impetum faceret in hostes. non memini me legisse inferre signa, de equitatu. dicit ab vtraque parte, quæro, à dextro an à sinistro latere? à tergo, an à fronte?

Sigonius. Moturo interim ex Vacceis castra, Scipioni nūciatur flumen ad traiiciendum difficile in medio situm esse.

Appianus. Scipioni vero castra mouenti, indeq; discedēti fluuius erat in medio transitu difficilis, atque limosus.

Situm de flumine semper labenti, puto dixisse cōtra vsum linguæ latinæ. Deinde, non reddidit ἰλυωδὴς. quo causa cōtinetur, quare flumen esset transitu difficilis

Sigonius. Ibi aquarum inopia multos effodere puteos coactus est, in quibus plerunque cum aqua amarior inueniretur, pars iumentorum siti enecta est.

Appianus. Noctu iter faciens propter sitim, & puteos effodiens: quorum plerique amari inueniebantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Omisit illa verba, νυκτὸς τεθυλευῶν διὰ τὸ λίμνος. & sine causa. illa verò ὧν τὰ πλεονα, Plerumque, reddidit. quod ad tempus refertur, vt auctore Sigonio, Appiani sententia sit, in puteis, vt plurimum, non semper, aqua amarior inueniebatur, cum tamen sit. in maiori parte puteorum aqua inueniebatur amara, non in omnibus. Amarior etiam pro amara dixit sine causa.

Sigonius. Inde traiicens per fines Cauceorum. Appia. καὶ Καυκαίους παρελθων. Per fines Cauceorum iter faciens. traiicere propriè est, transportare, transuehere, transmittere, & ad maria, flumina, & eiusmodi pertinet, non ad iter terrestre.

Sigonius. Equites autem pauci agros incursionibus prædarentur.

Appianus. Οἱ δὲ περίππευον οὐ πολλοί. Pauci verò equites pagum circumequitabant.

Sigonius. Eo tempore accidit, vt Numantinis, sese ex vrbe proripientibus, sæpè pugna lacæsseretur. Item infra, ex qua parte signum datum fuisset se proriperent.

Appianus. Numantinos autem frequenter exeuntes ex vrbe, & ipsum ad pugnam prouocantes contemnebat.

Proripientibus, vsus est sine auctore, & præter verbi significationem.

Sigonius. Cumque idcirco à nonnullis nimiæ quasi tarditatis argueretur, id potissimum respondebat, se à matre sua Imperatorem genitum esse, non bellatorem.

Hæc non sunt in Appiano, & tamen infrà dicit. hæc App.

Sigonius. Ea causa fecit, vt literas per omnes prouincias & socias ciuitates dimitteret: à quibus auxilia peteret. quæ cum ad diem conuenissent.

Appianus. Numantinos cum statuisset obsidione circundare, literas ad socios misit, quibus descripsit, quos mittere eos oportebat. qui ubi venerunt, eos, diuisit in plures partes.

Dicit Sigonius Scipionem dimisisse literas per omnes prouincias, & socias ciuitates. Ergo per omnes prouuincias Asiæ Africæ, & Europæ. Deinde negamus latinè dici dimittere

literas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

literas per prouincias, & per ciuitates negamus in verbis Appiani esse vllum tempus veniendi constitutum.

Sigonius. Quod si ab erumpentibus hostibus operæ forte prohiberentur, se interdiu purpureo velo, noctu ignibus fieri certiorem iussit.

Appianus. Atque præmonuit, vt si hostes essent molesti, signum efferrent, interdiu purpureũ quidem velum in hasta longa: noctu verò ignẽ. Fatebor me à Sigonio aliquid didicisse, atq; debebo: si me docuerit, latinè dici posse, fieri certionem velo, & ignibus. ineptus Appianus, qui sine causa addidit ἐπὶ δορατος ὑψηλοῦ: prudens Sigonius, qui ea contempsit.

Sigonius. Stagnum aggere valido circumdedit. ò miram hominis breuitatem.

Appianus. Et stagnum mœnibus conuinctum, cum muro circundare non posset, aggere muro, & crassitudine, & altitudine pari muniuit, vt esset hic etiam pro muro.

Hæc omnia quatuor illis verbis Sigonius complexus est, & longè paucioribus mehercule, quàm oportuit.

Sigonius. Hoc apparatu ita clausa omni ex parte a Scipione Numantia erat, vt nemo egredi, neque ingredi terra inuito illo posset. quæ de suo adiderit tu lector vides. cum ego nihil afferam ex Appiano.

Sigonius. Qui se vndis obruentes. sic reddidit κολυμβηται vrinatores. obrui vndis apud Latinos est, vndis absumi. *Ouid.* Obrutus insanis esset adulter aquis.

Sigonius. Pariq; ratione viros in muris ex interuallo disposuit, qui omnium quæcunque generentur, clamore edito, eoq; inde ab aliis deinceps excepto, & proximis tradito certiorem, se repente facerent, iis vero, qui in turribus erant edixit, vt siquid sciri opus esset, id signo dato denuntiarent, quæ verò certius ab se cognosci oporteret, ea vt per nuncios indicarent.

Appianus. Nuncios crebros constituit in tota munitione, qui & noctu; & interdiu alii ab aliis sermonem excipe-rant, & quæ fierent, ea se docerent. iis verò, qui erant in

turribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

turribus, imperauit, siquid fieret, ex prima turri laborante signum proferre, & id ipsum reliquas omnes erigere cum primam, id extuliſſe vidiſſent: vt hoſtium quidem motum quam primum ex ſigno cognoſceret, & quod certum, & exploratum eſſet, ex nunciis.

Hæc omiſit maximè neceſſaria Sigonius. πυκνοὺς, πᾶν, νυκτὸς τε καὶ ἡμέρας ἐκπρεπῶς τοῦ τοῦ πονοῦντος. καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσι τὰς ἐπαίρειν, ὅταν τὸν ἀρξάμενον θαύσωνται. Diſcerem ex eo libenter, cur viros potius ſcripſit, quàm nuncios, in muris potius, quam in muro, vel in munitione, cur ex interuallo, addidit, cur λόγον, eſt interpretatus, clamorem, & non sermonẽ. præterea non dicit Appianus Scipionem edixiſſe iis, qui in turribus erant, vt per nuncios indicarent: ſed illa particula, ἵνα, oſtendit cauſam finalem, quamobrem Scipio collocauerit, & nuncios in munitione, & iis, qui erant in turribus edixerit, vt, ſiquid mouerent hoſtes, id elato ſigno ſtatim ſignificarent. Nam τὸ ἀκριβὲς refertur ad illud ἀγγέλους ἐπιστῆσαι τὸ δὲ κίνημα, ad κατὰ δὲ πύργον &c. Deinde, facere certiorem aliquem omnium clamore mihi eſt inauditum.

Sigonius. Rhetogenes quidam extitit inter Numantinos longe & audacia, & fortitudine princeps, qui periclitanti patriæ vltimis eius temporibus auxilium ferret, is comitibus quinque, quos in ſuam ſententiam pertraxerat, totidẽque famulis, atque equis aſſumptis noctis ſilentio ſpatium illud, quod inter vrbem, & munitiones erat cum traieciſſet ſcalis ſecum allatis munitiones ſuperat.

Appianus. Rhetogenes autem vir Numantinus cognomento Caraunius Numantinorum virtute præſtantiſsimus cum amicis quinque totidemque, & ſeruis, & equis, nocte obſcura, & nubiloſa, præteriit non ſentientibus hoſtibus id ſpatii, quod erat inter vrbem & munitiones ſcalam ferens cõpactilẽ, properè intra munitiones, pſiluit & ipſe, & amici.

Ἄριστος τὴν ἀρετὴν. longè & audacia, & fortitudine princeps reddidit. Quî potuit eodẽ tempore in Rhetogene eſſe audaciam vitium, & fortitudinem virtutem? Hæc ſuperua

canea

nea. Qui periclitanti patriæ vltimis eius temporibus auxilium ferret. λαθών. præteriit: ἐν νυκτὶ συνεφεῖ: noctis silentio vertit. pro nubilosa, & obscura, πυκτὴν, neglexit, sine quo genus scalæ, quam secum tulerit, intelligi non potest. de verbo, traiecisset, idem dicimus, quod supra, significare, transportare, transuehere, & esse nautarum.

Protinus singulas Areuacum vrbes adit, simulque eos docet, quanto res Numantinorum in periculo sit, videndũ eis diligentius esse, ne similis ad eos casus recideret. Hæc otatio nullius populi animos permouit, nisi Lucensis. quæ ciuitas à Numantia quinq; millia passuum distat. cuius cum iuuentus omnis subsidio Numantinorum esset, intenta maiores natu veriti, nequid prauis adolescentum consiliis detrimenti acciperẽt, confestim Scipionem certiorem faciũt. ea de causa Scipio hora noctis octaua magna manu sine impedimentis accurrit, & ante lucem vrbem exercitu circumsedit, simulque petiit, vt iuuentutis principes in potestatẽ sibi dederentur. Ciuibus eos euasisse dicentibus, se bello ciuitatem persecuturum esse demonstrat, qua de causa traditi sunt ei iuuenes ad quadringentos.

Appianus. Ad Areuacorum vrbes contenderunt cum infulis & supplicum velamentis orantes, vt Numantinis cõsanguineis ipsorum opem ferrent. Areuocorum quidam statim eos abire iusserunt, tantum abest, vt Numantinis morem gerere voluerint. Lucia vero ciuitas potens erat, quæ ab Numantia stadia trecenta distabat. Huius ciuitatis Iuuentus Numantinis fauebat, & ciuitatem ad societatem cum ipsis ineundam inducebat. sed Seniores Scipionem ea de re clam certiorem fecerunt. Atque Scipio octaua noctis hora re cognita cum expeditis militibus stantibus statim iter ingressus est: primaque luce, vrbe Lucia exercitu circundata petiit iuuentutis principes, &, quoniam dicebant eos ex oppido sese eiecisse, oppidanis per præconem denuntiauit, se vrbem direpturum nisi homines sibi traderent. qua re illi perterriti ad quadringentos iuuenes adduxerunt.

Omisit

Omisit Sigonius, ἱκετηρίαις, quasi nullam vim haberent ad permouendos animos, addidit de suo illa. simulque eos docet, quanto res Numantinorum in periculo sit, videndũ eis diligentius esse, ne similis ad eos casus recideret. hæc neglexit, ἀλλ' εὐθὺς ἀπεπεμπον διδίοτε. quibus causa continetur, quà non permouerit. τριακοσίους σταδίους, vertit; quinque millia passuum. καὶ τὴν πόλιν ἐς συμμαχίαν ἐνῆγον, non reddidit, quibus continetur altera causa, quamobrem maiores natu ea de re Scipionem admonuerint. Neque dicit Appianus, Scipionem octaua noctis hora eò accurrisse; sed octaua noctis hora rem cognouisse, certiorem factum fuisse. aliter dixit Cæsar, se bello persecuturum ciuitatem, ac Sigonius de Ciuitate iam exercitu circumsessam.

Sigonius. Quorũ Scipio cũ paucos ad triũphũ se posuisset. Πεντήκοντα, habet Appianus, quinquaginta.

Habes, candide Lector, non omnia (permulta enim tum ad hunc nostrum Scipionem, tum ad res alias pertinentia mihi reseruaui: vt si sit opus, semper recens in arenam descendam) sed bonam partem eorum, in quibus à Sigonio dissentio: vel quæ potius ille contra veritatem Historiæ scripsit. tempus iam esse videtur: vt ostendam, quàm sint à veritate aliena, quæ de me scripsit in secundo Patauinarũ disputationum, ad hæc, quæ illi fuerant à Robortellio obiecta verissimè. Vis ò doctissimè literator, vt edam insulsam illam tuam versionem orationis Demosthenis in Philippum, quæ Mutinæ impressa est, & errata tam multa, quæ Bendinellius Lucensis vir eruditissimus, & optimus collegit & in Dialogi formã redegit multò sanè meliorem, quàm tu in illo tuo insulso libello præscripsisti: certè tibi mos à me gerendus est, transmittam ad impressores, vt quamprimum ab omnibus legi possint. Meministi insulse, vt te coegit Bendinellius, cum suum libellum edidisset, quo Scipionis vita continetur ex antiquis auctoribus collecta, turpiter tacere: & cum illius scripta suppillasses, vti soles semper, iudicio multorum damnatus, non erubuisti quidem, nam erubescere

nunquam

nunquam didicisti; sed ingemuisti, & frontem percussisti; quod tibi techna non profuisset, vlla. his ita Sigonius. Habeo, inquis, orationem à te de Græco conuersam. fieri potest. annos enim natus, opinor, viginti, memini, me nescio quid tale, sed sine nomine edidisse. Hæc à Bendinellio, inquis, reprehensa est, quid hoc reprehensionis sit, nescio. illud quidem scio Bendinellium hominem esse ingeniosum, & doctum, sed me tamen ab eo, cum me multum ætate antecederet, ante annos ferè xviii. diligenter esse auditum: quod non ad eius contumeliam dictũ velim, à quo me plurimi fieri, ex literis quibusdam eius ad Simonẽ Simonium, Lucensem missis animaduerti. Historiam de rebus Scipionis, inquis, à Bendinellio sumpsisti, non puto Bendinellium hoc esse dicturum, ne te quidem si meum cum Bendinelli Commentario edito, compararis. hoc quidem possum verè dicere, idque clarissimo iuuene, & omni virtutis laude cumulatissimo Bernardino Lauredano patritio Veneto teste, hanc vnam Historiam Petro Francisco Contareno viro eruditione, & iudicio singulari adeò quondam fuisse probatam: vt hoc vno nomine me dignum, qui in tui locũ Venetiis subrogarer, quamquam admodum iuuenem, iudicarit. Hæc Sigonius pro se aduersus Robortellium. quæ siquis paulò diligentius, & consideratius legat, facilè animaduertat, Sigonium non vera loqui, sed quoquo modo potest, suæ causæ inseruire, seque in me optimè de se meritum ingratissimum ostendere. quod quidem causa fuit: vt anno proximo superiori ad vi. Id. Ma. has ad eum literas nostra lingua scriptas dederim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ECCELLENTE M. CARLO.

POICHE con nuoua, & ſegnalata ingiuria colla Stampa à perpetua memoria publicata hauete voluto rinouare la memoria dell'ingiurie, con lequali in Modona già violaſte la noſtra ſtretta amicitia, io mi ſono in tutto riſoluto, ſe queſta non emendate di modo, che io ne reſti ſodisfatto, far conoſcere al Mondo la verità del fatto; & che voi non foſte giamai, ne hoggi ſiete atto ad inſegnarmi, ma che fu ſi bene, & è il contrario. Hora il modo di correggerla, & emendarla pare à me, che queſto eſſer poſſa. Che voi con publico, o priuato ſcritto di voſtra mano teſtifichiate ſi, che io vi vdii quei pochi giorni, che voi ſapete, non per biſogno, che io m'haueſsi d'imparare da voi, a cui era ſtato Maeſtro amoreuole tutto quel tempo, che M. Lodouico Monti, voſtro in quel tempo Maeſtro, dimorò in Roma, & a me laſciò la cura, & il gouerno della Scuola ſua: ma ſi bene per fauorirui, per mantenerui la promeſſa, & inſieme il beneficio mio, eſſendo ſtato, come ſapete, con M. Lodouico Caſtelueſtro, cauſa principale, che voi haueſsi, & accettaſsi quel carico: & che non ſolo io per quelle cauſe vi vdii, ma che ancora, vedendoui abbandonato da ogn'altro, con buona quantità de gli ſcolari, & vditori miei ciò feci. I quali però non laſciai molto tempo perſeuerare per i voſtri mutati coſtumi, & attioni poco lodeuoli. Perche dicendomi voi, che deſideraui per voſtra eſſercitatione leggere in caſa l'oratione in difeſa di Archia Poeta, & pregandomi, che infine a ſei, ouero otto ne laſciaſsi venire ad vdire; tutto da me per amarui troppo, & troppo fauorirui, cortеſemente impetraſte. Ma voi molto ben grato, & ricordeuole de' fauori, de benefici fattiui, & dell'amicitia noſtra, fra pochi giorni con quelle arti, che ben ſapete, quattro de' maggiori, & più prouetti me ne ſuiaſte, & togliеſte. Onde riuocati gli altri, non volſi, che più oltre alcuno de' miei ſcolari vi vdiſſe, ne fauoriſſe, ne in publico, ne in priuato.

Douete

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Douete ancora ricordarui, quelche può far piena fede della dottrina voſtra di quel tempo, che il primo giorno, che voi cominciaſte a leggere, & intẽrpretare la prima Oratione di Demoſtene, non hauendo detto coſa alcuna Retorica, ma ſolamente eſpoſto il teſto con la ſemplice traduttione di M. Franceſco Porta, io di ciò marauigliandomi, ve ne dimandai la cagione, mi riſpondeſte, non hauer per anco letto Rettore alcuno: onde confortandoui a porre alcun hora del giorno in quello ſtudio, & dicendomi voi, non hauer libri di tal facoltà, vi fui corteſe di tutti i libri Retorici di Cicerone, di Hermogene, di Quintiliano, & del Trapezontio. Ma tutto queſto, & il reſto ancora dell'Hiſtoria ſi leggerà, ſe coſi vorrete, in ſtampa. Leggeraſsi la traduttione voſtra con il Dialogo mio fattoli contro aumentato, & in miglior forma ridotto di quello, che il 1549. in Modona leggeſte. Leggerannoſi ancora tutte l'altre coſe, le quali ho auertite, & notate in tutti gli ſcritti voſtri. Confronteremo il Commentario voſtro di Scipione con la vita da me ſcritta, & moſtrerouici ducento errori manifeſtiſsimi. Queſte poche parole ho voluto ſcriuerui, per farui intendere la riſolutione mia, per procedere con voi ciuilmẽte, & come ricercano gli ſtudi noſtri: & acciochè, volendo voi, non mi conuenga far quello, che molti anni ſono, ſe non haueſſe in tutto ripugnato alla natura mia, haurei fatto. Spettero adunque riſpoſta degna di queſta mia corteſia, laquale, ſe da voi non ſarà accettata, come debbe dentro a tempo conueneuole, non vi douerete ne marauigliare, ne dolere, ſe io quanto prima mi sforzerò mantenere, quanto di ſopra ho promeſſo: & voglio, che crediate, & per certiſsimo teniate, che io non ſia per metter fuori, ſe non coſe fermiſsime, & tali di già riputate da huomini dottiſsimi. ilche, ſe vero è, o nò, ſe voi ſteſſo deſiderate vedere, cennatemelo, che corteſemente ve ne manderò vna parte in penna: che il Signor Iddio lungamente ſano, & felice vi cõſerui. Di Lucca il di 10. di Maggio 1568.

Voſtro Antonio Bendinelli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ECCELLENTE M. ANTONIO S. MIO OSSERVANDISS.

HO Riceuuta vna vostra alli 31. Maggio, data alli 16. del medesimo. dalla quale ho conosciuto con molto mio dispiacere, come voi vi chiamate offeso da me, che in vna mia scrittura scriuessi già sono sette anni, che io vi hauessi insegnato. & dite che è il contrario, cio è, che voi hauete insegnato a me, quando io andaua alla Scuola di M. Lodouico Monti, essendo voi rimaso vna volta in luogo suo. & che se voi hauete vdito me in publico, non è stato, perche haueste bisogno di me, ma per fauorirmi. & sopra ciò vi riscaldate tanto, che minacciate di scriuer contra i miei scritti, se io non confesso, che voi non hauete imparato da me, ma più tosto io da voi. Alle quali cose, percioche voi instantemente mi dimandate la risposta, & io desidero di sodisfarui, rispondo: prima, che se vi nominai quella volta, vi nominai pronocato, anzi sforzato dal Robortello. il qual haueua scritto falsamente, come potete vedere, che io haueua presa la Vita di Scipione da voi, & mi veniua riferto, che egli lo confermaua col vostro testimonio medesimo. poi v'aggiungo, che ciò che scrissi, lo scrissi con manifesto protesto di farlo senza offesa dell'honor vostro. & che appresso vsai parole tanto honorate di voi, che assai manifestamente poteuate comprendere il mio buon'animo. vltimamente dico, che io non ho scritto d'hauerui insegnato, ma si bene, che io era stato ascoltato da voi. Or se voi m'habbiate ascoltato per imparare, o per fauorirmi, come dite, sia come si voglia. purche veramente io habbia potuto scriuere quelle parole, Me à te auditum. Quanto all'altra parte, che voi habbiate insegnato à me nella Scuola di M. Lodouico, tanto sono lontano da negarui, che essendo io di 14. anni in circa, & voi seruendo M. Lodouico, come dite, non vsaste alcuna volta l'vfficio di Maestro verso di me, che questo è il maggior vanto che io mi soglia dare, di hauer hauuto vn Maestro tale. Quanto a quello, che riferite, che se io non confesso le sopra

dette

dette cose, che voi sete per scriuere contra de' miei scritti, vi dico, che per questo conto non douete prender questa fatica, ma se per altro rispetto volete scriuere, vi potete compiacere a vostro senno. D'vna cosa sola per le lettere, & per le Muse, vi prego, che voi non vi diate a credere, che io habbia voluto detrahere all'honor vostro. essendo che io non ho pur voluto porgere orecchie gli anni passati ad alcuni, i quali voleuano scriuere contra il vostro Scipione, & mi richiedeuano di consiglio, & d'aiuto, a' quali dissi, che di gratia si rimanessero, o facessero da se. & credo che le mie parole facessero profitto, poi che non è seguito altro. ma se pur volete scriuere dategli altro colore, che questo. percioche, come ho detto, non scrissi quelle parole in quel sentimento, e le scrißi prouocato; e mi spiace, che ne restiate offeso, come fate. & se in alcuna cosa vi posso far seruitio, comandatemi, che conoscerete, che io vi son buon'Amico, si come io desidero, che voi siate verso di me. & spero, che sarete. Vi bascio la mano. Di Bologna il di 2. di Giugno 1568.

Alli vostri seruitij

Carlo Sigonio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ECCELLENTE M. CARLO.

PERCHE il disputare, se quelle vostre parole mi pungono & pregiudichino, o nò, sarebbe al giudicio d'huomo ancor in tutto rozzo, vn voler mostrare, se il Sole luce, & scalda, o nò: lasciato tutto questo da parte, ne verrò a quello, che veramente intendo, & è stato cagione di questo mio motiuo. Dico adunque, che io nella mia Lettera, se bene l'hauete letta, non ricerco da voi, che confessiate d'hauer imparato da me, ma si bene, che testifichiate: che io vi vdii quei pochi giorni, & lasciai venire ad vdirui buona quantità de' miei Scolari per farui piacere, per fauorirui, & per esserui amicissimo. Questo solo ricerco da voi: ilche, se voi, come dôuete, per essere dimanda giustissima, amoreuolmente farete: conoscerete manifestamente, il Bendinello non andar cercando, come si suol dire, & voi mostrate credere, il pelo nel vuouo, per venire ambitiosamente a cõtesa con voi. Perche confessando voi questa verità, mi terrò da voi sodisfatto in tutto, & restandoui per sempre quel buon'Amico, qual vi fui in quei primi tempi, mi quieterò, & ouunque mi si offerirà l'occasione, non mancherò gia mai farui conoscere, che hauerò veramente deposto la memoria delle cose passate: & che le cose vostre non mi saranno meno a cuore, che le mie. Hauete quanto da voi giustissimamente ricerco: hor vedete voi quanto vi piace fare, che il Signor Iddio sano, & felice lungamente vi con[illegible]i. Di Lucca il di 15 di Giugno 1568.

A tutti i piaceri vostri paratissimo

Antonio Bendinelli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

ECCELLENTE S. MIO OSSERVANDISSIMO.

IO reputo, che ogni ingiuria, per grande che sia, riceua conueniente satisfattione, qualunque volta, colui, che è imputato, nega d'hauer ciò fatto con animo di far ingiuria, o dice, che gli spiace, che sia accettata per tale. & cosi mi credeua douesse parer a voi intorno alla querela vostra. ma poi che voi hauete altra opinione, & con tutto questo più ricordeuole dell'antica amicitia, che dell'ingiuria nuoua, mostrate buon'animo verso di me conforme al desiderio mio, & alla cortesia vostra, per laquale già sono ventitrè anni v'induceste ad honorare il mio auditorio insieme con i vostri scolari, tanto più mi vi sento obligato, quanto è maggior il segno dell'amoreuolezza. & per ciò si per l'antica amicitia, come per questo nuouo atto, vi dò piena libertà di comandarmi. non essendo per hauer cosa più cara, che l'esser atto a seruirui. Vi bascio la mano. Di Bologna il primo di Luglio 1568.

Alli seruitij vostri

Carlo Sigonio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

AL LETTORE.

LA CAGIONE, Lettor cortese, che io contro alla promessa fatta all'Eccellente M. Carlo Sigonio nella mia seconda Lettera, ho fatto stampare, quanto tu vedi, è stata, che hauendo io la state passata fatto di nuouo stampare questa Vita di Scipione per alcuni errori, che nel lo stampare vi si erano fatti, staua sospeso, se la douea met ter fuori cosi, o pure far di nuouo stampare alcuni fogli, ne' quali erano più errori, che ne gli altri. Hor mentre che stà do in questo pensiero la ritengo appresso di me, M. Carlo, il quale tutto questo ben sapeua per quelle vie, che esso sa, & io ancora, messe mano, & subito fece stampare quella sua vita del medesimo Scipione: & incontinente, per amarmi di cuore, & sapere, che mi farebbe cosa gratissima, me ne mandò vna per mezzo di M. Pompeo Arnolfini Gio uane nobilissimo, & di molta dottrina, & singolari virtù dotato: con tutta quella dissimulatione, che altri si può imaginare, della qual Vita, accioche tu habbia piena cognitione del sapere, che questa è quella Vita, laquale ha ben venti anni, che volse stampare innanzi a me, ma restò ingannato in quel modo, che io ho mostrato nella Pistola posta nel principio di quest'Opra: questo è quello, che il Robortel lo gli rinfaccia, dicendo hauerlo tolto da me, questo è quel Commentario, che esso tanto celebra contro al Robortel lo, dicendo, che per quello fu giudicato degno di succe derli in Vinegia. questa vita, non essendogli successo di stamparla innanzi a me, come ho detto, dipoi inserì tutta, o poco, poco meno, che tutta, & spiegò ne' suoi Fasti nel l'anno 602. 604. 605. 606. 607. 610. 619. 620. & 621. & poco fa doppo la mia ha fatto stampare in Bologna con tutti quelli errori, & alcuni di più ancora, che fatti haueua ne' Fasti, onde l'ha tratta. come gli mostrerò, se mene darà occasione. Hor la cagione, perche ciò ha fatto doppo 20 anni, & di quel modo, esse ho detto, con tutto che fosse per douer essere notissima a tutti quelli, che hauessero letto

questi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

questi nostri, & suoi scritti, hauea non di meno terminato esporre io: ma ho pensato per alcuni rispetti, che meglio sia lasciarla dire à lui: ilche, se farà veramente, l'approuerò: perche sarà tutto in mio fauore: se ancora farà altramente, non si douerà dolere, se io ciò farò, in quel miglior modo, che potrò, & se farò cognoscere apertamente a chi lo desidera, quanto sforzatamente io sia venuto a ragionar di lui per scoprire la verità, & per difendere l'honor mio da lui in tanti modi offeso: & quanto si sia ingannato in stampare quella sua vita per quelle cause, che sa. Et perche buon tempo fa determinai, che non mi vincesse di cortesia, subito riceuuta, & letta la Vita mandatami, gli mandai per contra cambio vna delle mie con questa Lettera.

ECCELLENTE M. CARLO.

SAPENDO Io quanto sia graue il peecato della ingratitudine, & come questo nome d'ingratitudine, abbraccia tutti i maggior vitii, & peccati, che in huomo si possino ritrouare: non volsi giamai per lo poter mio, che alcuno mi vincesse di cortesia, però per sodisfare in parte all'obligo, vi mando il mio Scipione stampato ben quattro Mesi fa, ma per alcuni errori fatti per cagione delle stampe, stando in pensieri di farne ristampar alcuni fogli non ho voluto lasciarlo vedere. è vero, che lo vi mando senza si può dire capo, & coda. perche & quello, & questa sono stato forzato da questa vostra segnalata cortesia mutare, & di nuouo stampare per disdirmi d'alcune bugie, le quali di voi ragionando io diceua. In tanto, se hauerete tempo, potrete leggere questo, & prepararui al resto, che l'hauerete fra otto giorni, se altro non occorre. attendete a star sano, accioche possiate spesso fare cotai presenti a quelli, che se non in tutto, almeno in parte ve ne rendano la pariglia. Di Lucca il di 3. di Marzo 1569.

FINIS. V

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

STIRPS, AC FAMILIA AEMILIORVM.

L. Aemilius Paulus bis cos. an. V. C. 534. & 537. qui in Canēſi ignominia periit ſecundo bello punico genuit.

- L. Aemilium Paulum Macedonicū bis cos. an. V. C. 571. 585 cēſor. an. V. C. 589. Hic ex Papiria Papyrii Maſſonis viri conſularis filia, genuit.
  - Q. Aemilium Paulum, qui adoptatus à Fabii cunctatoris filio Q. Fabius Aemilianus eſt dictus.
  - P. Aemilium Paulum, qui adoptatus à filio ſuperioris Africani. P. Cornelius Scipio Aemilianus. Africanus Minor Numantinus eſt dictus.
- Poſt cuius Papyriæ diuortium duos filios ex alia vxore genuit, qui ante & poſt triūphū eius mortui ſūt vt in vita diximus 14 34. & 56. 18. duas item filias genuit.
  - Tertiam Aemiliam ex patre ſorore Africani, & Fabii, quæ nupſit M. Porcio Catoni Liciniano.
  - Alteram Aemiliam ſororem Africani, & Fabii ex patre quæ nupſit Q. Aelio Peto Tuberoni viro conſulari. Ex quo peperit Q. Aelium Tuberonem Iuriſconſultum Stoicum hominem, cuius in vita meminimus 81. 11.
- Tertiam Aemiliā Africani Maioris vxorē.

STIRPS AC FAMILIA P. CORNELII SCIPIONIS.

R. Cornelius Scipio qui cos. fuit cū Ti. Sempronio longo ſecūdo bello Punico, an. V. C. 53 ī Hiſpania cū Cn. Fratre perii, genuit.

- P. Cornelium Scipionem qui denicto Annibale, & trībutaria Pop. Ro. Carthagine facta Africanus eſt dictus cos. bis an. V. C. 548. & 559. ex tertia Aemilia filia. L. Aemilii Pauli qui apud cannas periit, genuit.
  - P. Cornelio Scipioni hiſtoriæ Græcæ ſcriptorem valetudinis deplorata qui ex Paulo Macedonico adoptauit.
  - P. Aemiliū Paulū, qui P. Cornelius Scipio Aemilianus, Minorq; Africanus a deleta priore conſulatu Carthagine, & Numantinus ab euerſa ſecundo cō ſulatu Numantia dictus. Hic duxit Sempronia ſororem Gracchorum bis cos. fuit an. V. C. 606. & 619. & cenſor cū L. Mūmio Achaico, an. V. C. 611.
- L. Cornelium Scipionē Aſiaticum Antiocho, & Aſia deuictis dictū, qui cos fuit an. V. C. 563 cū C. Lælio Africano. C. Lælii ſapientis patre.
  - Corneliam Maiorem vxorē natu vxorem Scipionis cor culi.
  - Corneliam minorem vxorē Ti. Sempronii Gracch. Matrē Gracchorū Ti. & C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a

Errata sic Corrigito.

16.26 Locupletiorem. 23.17.passus 26.24.circumeurrant 33 viginti. 27. 26. imminebat.28.35.circumuentos.30.10.testimonium.32. 3. præcesserant. 14. castrisque.34.19.vt quæ.35.2.nomine.36.33.audientes.37.1 Manilio.6 facitis.8.positis.36.se se.38.13.ipsius.32.rubis.39.13.passuum.32.premere.42.2. crastinum.21.conuertebant 45.26.partem.47.31.coniiciebant.49.3.complentes.18.exciderentur.51.29 Apollinis.54.34.Fannio.55.7. vehementer.56.11. Mummio.57.33.nopulum.58.8.homines 60.3.Philo.33.egisse.61. 20. auidi. 23.lustris.62.6.Philo.15. proficiscebantur 64 22. hominum 67.21. facinus. 69.9.Calpurnius.70.5.deditionem.72 11.Gracchus.73.15. metuentes.74. 35. potuerunt.75.21.virtus.76 2.admiratione.5.pasti.32.extorta.34. fortes. 77. 34.Flacco.78.9.C.Claudio.10.carbo.79.19.Flaccus.20.inuectus.30.quædã. 80.12.fuerat.14.latitantibus.14.Plutarchus.32.filii, inquit.82.33.conuiuis. 83.2.eirona.4.contraham.86.28.Valerius.87.21.publicas. 29. summa. 90.25. loquantur.91. 21. ab.92.9.prætiumque. 93. 16. hoc. 18. absentem. 20. ab. 96.6. Murena. 17. antequam. 23. Valerius. 98. 16. potuit. 99. 13. alienum. 30. vtriusque.100.15.amnem.22 mesta 30.quodcunque.3. iuuenum.101.27. strenuè. 109.17.autem.115.3.halitus. 117. 10. Sigonius. 36. Quare. 127. 20. portenta. 132.35.che ho detto.

Non sine concessu, ac licentia Felicis Ambrosinij Vic. Lucen. & Præfectorum Scholarum.

REGISTRVM.

a. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes sunt quaterni, præter V, qui est duer.

Lucæ apud Vincentium Busdracum

1568.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.143/a